



00  
Kk

I  
5.  
N° 32

Zur Bibliothek des Königs und Herzogs von Sachsen  
Mit dem beigegebenen Aufdruck.

49

ELEMENTA  
DOCTRINAE THEOLOGICAE  
DE  
RECTA IN COLLISIONE  
OFFICIORVM CHRISTIANORVM  
EXCIPIENDI RATIONE

---

PRAESIDE  
VIRO SVMME VENERANDO, EXCELLENTISSIMO,  
DOCTISSIMO  
**ADAMO STRVENSEE**

S. S. THEOL. PROF. PVEL. PASTORE PRIMARIO AD AEDEM  
D. ULRICI AC GYMNASII HALENSIS SCHOLARCHA  
**FAVTORE ATQVE PRAECEPTORE**  
AD CINERES VSQVE PIA MENTE COLENDO

DIE APRILIS MDCCCLVII.  
IN AVDITORIO PVBLICO ACADEMIAE FRIDERICIANAE

TVEBITVR  
AVCTOR  
**CHRISTIANVS MARTINVS HEINZELMANN**

P A L. M A R C H.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE  
LITTERIS SCHNEIDERIANIS.

80

ELIMINATA  
DOCTRINA THEOLOGICA  
RECTA IN CONTRITIONE  
OFFICIORUM CHRISTIANORVM  
EXPIENDI RATIONE  
ALIO SUMMIS TINTINNIS, RICULLINTISSIMO  
DOCTISSIMO  
ADAMO STRAVENSE  
ET HENRICO FABRI TINTORIBUS LEMMARIIS AD AEDIFICIA  
D. OFFICII AC GYMNAZII HILMIENSIS SCHOLARIBVS  
FATIGNE ATQUE ERANDO PLACERE  
AD CINQUES AGRAE ETIA MINTEGOENDO  
DE EQUITIBVS MECOPATI  
IN AVENTORI TINTORI SCHEMATICIS TINTINNIS  
CHRISTIANAS VIRTUTIAS HENRICI MANN

TITILLIS SCHINDPHELIANIS  
HILAE MAGDMALORIE

A SON EXCELLENCE  
MONSEIGNEUR  
LE COMTE DE LYNAR  
CHEVALIER, CONSEILLER PRIVE ACTUEL  
DES CONFÉRENCES, CHAMBELLAN DE SA MAJESTE  
LE ROI DE DANNEMARCK ET DE NORWEGUE, ET  
SON GOUVERNEUR GÉNÉRAL DES COMTÉS  
D'OLDENBOURG ET DE DELMENHORST.



MONSIEUR MONSIEUR

MONSIEUR

LE COMTE DE LUNAIRE

CHEVALIER CONSEILLER PRIEUR ACTUEL  
DES COMPTES CHAMBELLAIN DES MARÉTIES  
LE ROI DE DANEMARQUE ET DU NORWEGE, ET



son GOUVERNEMENT ET DE PERTH  
a vénération infinie, que je con-  
serve, il y a long-tems, pour  
VOTRE EXCELLENCE, & qui  
n'a fait que s'augmenter, depuis que j'ai eu  
l'honneur de la LA connoître personnellement,  
me fait prendre la hardiesse de LUI dédier  
cette pièce académique. Je n'oserois offrir  
à

E P I T R E

à VOTRE EXCELLENCE, aux lumières de laquelle rien n'échappe dans tout ce qui constitue le royaume des sciences, sans même oublier la Théologie, je n'oserois, dis-je, LUI offrir une pièce qui ne renferme que les premières productions de mes travaux académiques, si je ne connoissois, que les qualités de SON Cœur répondent à celles de SON Esprit. Il est vrai, que VOTRE EXCELLENCE aime préférablement ce qui est achevé en son genre, mais je fais aussi qu'ELLE ne méprise pas les efforts que l'on fait pour arriver à la perfection, quelque éloigné que l'on soit encore du but. Voilà, MONSIEUR, ce qui me relève le courage, & l'entièrre confiance, que j'ai en la bonté de VOTRE EXCELLENCE, dont j'ai déjà reçu des preuves éclatantes, me fait espérer, qu'ELLE ne dédaignera pas ces chéti-

E P I T R E.

chétives lignes, que j'ose LUI présenter. Le tems approche, que j'aurai l'occasion d'admirer de plus près les grandes qualités de VOTRE EXCELLENCE, & de LUI marquer plus évidemment le Zéle respectueux & l'entièrre soumission, avec laquelle je serai toute ma vie

**MONSEIGNEUR  
DE VOTRE EXCELLENCE**

le très humble & très obéissant  
serviteur

CHRÉTIEN MARTIN HEINZELMANN:

MATERIARVM PERTRACTANDARVM  
C O N S P E C T U S  
E X P O N A M

- I. Naturam collisionis officiorum christianorum  
& quidem
1. generatim, vbi occurrit
    - a. Nexus C. I. in S. I. §. I.
    - b. explicatio legis, simul cum quibusdam illius speciebus §. II.
    - c. officii ac quarundam illius specierum §. III. IV.
    - d. ac tandem officiorum collisionis §. V-VIII.
  2. speciatim
    - a. Nexus, C. II. S. I. §. IX.
    - b. definitio Christiani §. X.
    - c. legum christianarum enumeratio §. XI.
    - d. officiorum christianorum species §. XII.
    - e. collisionis officiorum Christianorum explicatio
      - α. definitio huius collisionis §. XIII.
      - β. illius species §. XIV.
      - γ. origo §. XV.
      - δ. effectus §. XVI.
      - ε. erroneae quadam de collisione opiniones §. XVII.
    - f. Demonstratio possibilis huius collisionis §. XVIII.

- II. Reatum excipiendi modum in collisione officiorum christianorum
1. generatim, vbi occurrit
    - a. Nexus C. I. S. II. §. XIX.
    - b. definitio exceptionis §. XX.
    - c. regulae exceptionis generalissimae, quas suppeditat
      - α. ipsa exceptionis idea §. XXI. ac XXII.
      - β. obligatio, cum officiis coniuncta §. XXIII. ac XXIV.

γ. per-

7. perfectionis, ad quam tendunt officia, discrimen §. XXV, ac XXVI.  
 8. officiorum subordinatio §. XXVII.  
 9. temporis, in quo officia praestanda, ratio §. XXVIII.  
 10. diuersa obiecti, quod peritur, nobilitas §. XXIX.  
 11. superioris voluntas §. XXX.
2. *Speciatim*, vbi
- a. Ratio connexionis C. II. §. XXXI.
  - b. regulae excipiendi specialissimae, & quidem
    - a. in collisione officiorum Christianorum inter se, vbi considero
    - regulas exceptionis in collisione officiorum erga Deum tam inter se, quam cum officiis erga nos & proximum §. XXXIV-XXXVII.
    - b. in collisione officiorum erga nosmetipos
      - aa. inter se §. XXXIV-XXXVII.
      - bb. cum officiis erga alios
        - aa. singulatim spectatos §. XXXVIII-XL.
        - bb. in societate consideratos §. XLI-XLII.
    - c. in collisione officiorum erga alios homines
      - aa. si singulos homines species §. XLIII-XLV.
      - bb. si societas consideres
        - aa. generatim §. XLVI.
    - d. speciatim in diuersis hominum statibus
      - ecclesiastico §. XLVII.
      - politico §. XLVIII.
      - domestico §. XLIX.
    - e. cum legibus naturalibus §. L, LI.
    - f. cum legibus hominum positivis §. LII.
    - c. Media quaedam generaliora, ad obseruandas hasce regulas necessaria, quibus totius dissertationis conclusio adiicitur. §. LIII.

## SECTIO.



SECTIONIS PRIORIS  
THEORIAM HVIVS DOCTRINAE  
COMPLECTENTIS

CAPVT PRIMVM

DE RECTA OFFICIORVM COLLISIONIS INDOLE  
GENERATIM AGENS.



§. I.

rauissimam de officiorum christianorum collisione Ratio con-  
doctrinam solide arque distingue, quantum per nexionis.  
virum mearum tenuitatem efficere liceat, pro-  
latus: communia quaedam principia, ex iuris-  
prudentia vniuersali vel in primis repetita, pas-  
sim praemittere, operae pretium omnino videruntur. Quorum  
enim scientia cum ad omnia collisionum genera accommodari  
queat: non tantum oraculorum sacrorum effata quaedam in sum-  
mum huius materiae cominodum exinde possunt illustrari; sed  
B reli-

IO. SECT. I. CAP. I. DE RECTA OFFICIORVM COLLISIONIS

reliquae etiam collisionum species, paginarum harum breuitate speciarum haud excusae, facillimo negotio dijudicari. Prolixitas igitur me ideo neutquam esse accusandum censeo. Quae primo sectionis prioris capite potissimum erunt dicenda: triplici complectar momento; explicaturus ab initio quid sit *lex?* deinde quid *officium?* vnde tandem ingenuam *collisionis naturam* erue-re studebo.

§. II.

Legis defini-tio-

*A definienda lege*, vnde omnis haec quaestio proficitur, incipere, haud alienum videatur. Plures legis vocabulum induit significatus. *Largissime* enim omnem actionum normam, *strictissime* vero eam, cui actiones hominum morales sunt attemperandae, ac tandem *strictissime* manifestatam superioris voluntatem de libe-ris subditorum suorum actionibus denotat. Secunda hoc loco obtinet definitio: in qua praecipue actionum normam, ac deinde actiones ipsas, ad illam componendas, distinguere licet; nec non de eo agitur, cui potestas est, normam aliis praescribendi. Plura dari legum genera, constat: quorum duo, huic per trajectio-ni potissimum inservientia, obseruamus; *leges* nimirum *naturales*, quae in ipsa natura rationem habent sufficientem, ac *positivas*, quae a voluntate cuiusdam dependent. *Positives* vel a voluntate Dei reuelata vel hominis dependent: priori casu vocantur *leges positiuae diuinæ*; posteriori *leges positiuae humanae* dicuntur. *Naturales* leges quidem diuinæ quoque dicuntur; quatenus natura hominis & rerum, ex quibus deriuantur, ultimato a voluntate summi Numinis depende: differunt tamen in eo a legibus positiuis diuinis, quod voluntas diuina non ex reuelatione, sed ex lumine naturae iuxta principia theologiae naturalis est deriuanda, cum in legibus diuinis positiuis voluntas Dei ex reuelatione cognoscatur. Vnde leges positiuae diuinæ etiam *nat<sup>r</sup>e exordiū* leges diuinæ vocari solent.

§. III.

Officii ex-plicatio-

Legis explicatio officiorum definitioni pandit viam. Omnum enim actionem, lege praescriptam, seu, quod minime differt, quae

quae legi est accommodanda, dico *officium*. \* In quo tria potissimum inuicem discernere valemus momenta: 1) legem, quae officiorum ponit fundamenta, ac obligationem, quae hoc loco est moralis, efficit; 2) actionem, quae ut sit libera seu moralis omnino requiritur, (§. II.) cum necessariam seu physicam lege, proprie ac stricte sic dicta, circumscribere effet absolum; ac 3) rectam actionis ex lege deductionem ac ad eandem applicacionem. Differunt autem officia, sicuti leges, per quas ponuntur. Sunt igitur *naturalia*; si actiones per leges naturales: *positiva*; si per leges positivas praescribuntur. Speciatim positiva officia sunt *divina*; si per leges positivas diuinias: sive *humana*; si per leges humanas positivas praescribuntur. (§. II.) Humana iterum pro legum humanarum diuersitate dispesci posunt: sed cum ad scopum nostrum haec nihil attineant, intraicta relinquimus. *Officia ciuitatis* ad humana pertinere facile patet.

\* Huic sententiae annunt *Ven. BAVMGARTEN* in *theol. moral.*  
§. 97. *WOLF* in *philos. prach. uniuersi.* p. 1. §. 224. *CANZ* in *dissipinis moral.* §. 853. *SAM.* L. B. de *PVFENDORE*, de *officio hominis ac ciuitatis C. I.* §. 1. Praeterea officii definitio, hic in medium prolatu, communis sermonis vnu confirmatur. Pertinet e. g. ad officia, a nobis praestanda, ut Deum rite colamus, vitam nostram conservemus, neminem laedamus cum ceteris: quia leges variae adsum, ad quas dictae actiones sunt compondendae. Hunc sermonis indolem semper, si de officiis est sermo, obseruamus. A quo non abhorrent varia oraculorum sacrorum loca. *Luc.* XVIII. 20. *Rom.* XIII. 7. 8. Officii vocabulum quod attinet, & aliis nominibus, non tamem ita commodis, insignitur. In sacro codice potissimum occurrit terminus *ioeinxua* *Rom.* IV. qui tamen *referto STOCKIO* in *clanis linguae sanctorum N. T.* & plures alios admittit significatus. Ab aliis alias officii definitions condi non ignoro: quia vero, nisi vita laborent, facillimo negotio ex nostra eruere licet. Si copiosius illis immorari cuperem, cum nostris eas comparanturus, ne, si falsae sint, refutaturus, extra oleas, huius disputationi poftas, omnino vagarer. Varias vero tam veterum quam recentiorum hac de re perfrutatuero sententias, satis amplam huius materie copiam subimitrabunt *CICERO* L. I. de officiis C. III. sq. *HOCHSTETTERVS* in *collegio Pufendorf. Exerc.* II. §. 6. Eodem arguento vtens, nec terminos actionis & obligationis cum quibusdam aliis, ad hanc materiam quodammodo pertinentibus, speciatim explico: sed illorum cognitionem

12 SECT. I. CAP. I. DE RECTA OFFICIORVM COLLISIONIS

ex theologia moralis iureque naturae presuppono, quia alias longius, quam par est, a via proposita aberrare.

§. IV.

Consecta-  
ria.

Varias ex offici definitione colligo propositiones, in sequenti tractatione haud inutiles. 1. *Actiones necessariae, naturales atque coactae in officiorum numero nullo pacto sunt habendae.* Omnes enim actiones, quae ad officia pertinent, liberae sint, oportet (§. II. III. 2): quae vero cum ad oppositum actionum genus sint referenda, officiis eas non adscribere valimus. 2. *Cessante lege cessat officium.* Cum enim omne officiorum fundamentum lex sit (§. III. 1): sublata lege & officia tollantur est necessarium. 3. *Omnium officiorum finis est perfectio quadam vel acquirenda, vel conservanda, vel augenda.* Huc enim omnes leges, quae recte ita appellantur, spectant, quod aliis locis fuse docetur: non igitur dubium est, quin officia eundem finem consequi studeant; cui sententiae & auctoritatem suam afferat tam communis experientia, quam facer codex Deutr. XXVII. 1. Ies. I. 19. Luc. X. 28. 1 Tim. 8. 4. *Officia accuratissime sunt exhibenda, nisi adsint impedimenta, quae nulla ratione superari possunt:* quod ex legum fundamento, cui eiusmodi indeos ad obligandum (§. II.) ineft, recte colligitur. 5. *Alia officia quodam tantum tempore sunt obseruanda, alia vero nunquam cessant:* quia leges diuersae huius naturae adsunt. 6. *Officia dantur subordinata.* Leges enim sibi esse subordinatas conflat: officiis igitur inde profluentibus aliam conditionem attribuere haud possumus.

§. V.

Officiorum  
collisio  
quid?

Hominum vitam si paullulum contemplamur: facilissimo negotio apparet, eam quam saepissime ita esse comparatam; ut nos pluribus officiis satisfacere simul non valeamus. Quod si cuicunque accidat: tunc hominis cuiusdam officia inuicem *collisione* appellantur, isteque hominis status, in quo pluribus officiis, quibus simul satisfaciendum erat, satisfacere nequit, *officiorum indicat collisionem.*

Sequens

Sequens ad illustrandam collisionis definitionem accipe exemplum. Sunt duas leges: conserva vitam tuam, ac conserva aliorum hominum vitam. Sed sic te ambulare in synum, & ecce! adeit latro, fanguinem sitiens, qui gladio nudato te aggreditur; ut tibi pecuniam, aliaque, quae tecum portas, pretiosa eripiat. Nullus adeit, qui tibi auxilium ferre possit, nec ausfigiendi amplius est locus. Utrumque igitur officium, quod leges tibi imponunt, obsernare nullo modo contingit. Vel igitur latroni anima est eripienda, aut certa membra ipsius sunt mutanda; aut sanguinis tui profusionem, vitaque forsitan amissionem pati cogeris. Ecce! officiorum adeit collisione. Varie collisionis officiorum exempla in sacro codice occurunt, quorum in sequentibus perplura afferam. i Maccab. II. 28. sq. et Sam. XXI. 3 Iq. Matth. X. 28. 37. 39. Ex illis, quae iamiam exposui, exemplis simul abunde patet, definitionem allatum ab vsu loquendi neque communii neque sacro abhorrente. V. de hac re Ven. BAVM GARTEN theol. moral. §. 29. CANZII theol. moral. §. 58. WOLFII philos. pract. vniuers. P. I. §. 206 DARIES obseruationes iuris nat. Obs. 28. §. 2. GLAFETY Recht der Vernunft. C. I. §. 179. HOCHSTETTERI Colleg. Puffend. Exerc. III §. 26: qui & aliis in locis magnam lucem huic doctrine accidunt. Terminus officiorum collisionis est metaphoricus, a similitudine rerum collidendo fere impediti, quo minus cursum continuare queant, petitus. Sunt, qui cum HERTIO in difterat. de collisione legum, derogationem legis prioris posteriori factam, legum atque officiorum collisionem appellant: quam vero potius officiorum mutationem nuncupare licet; quae tantum in iure positivo, praesertim humano, nunquam vero in naturali reperitur. Alii interna legum atque officiorum pugna collisionem absolui putant: unde omnis collido, alias satis fundata, evanescit; quibus vero cum repugnet communis lingua vsus, ad quem, tamquam ad lapidem lydium, teste logica, omnes vocum explicaciones sunt exigendae, iure meritoque hac ex quaestione ita definitio prescribitur. Fuere tandem permitti, qui omnino negarint, dari officiorum collisionem: quia alterum officiorum obligationem suam amitteret; ideoque officium, quod falso ita ratiocinantur, non amplius remaneret. Quos cum DARIESIVS in obseruat. iur. nat. obs. XXVIII. §. 4. 5, cegre gie refutauerit, equidem huic rei, quae proprie ad scopum meum non pertinere videtur, pluribus non inhaereo.

## §. VI.

Rectam collisionis indolem, de qua omnis haec est disputatio, vberius adhuc exponam. Definitione, quae superiori para-

B 3

Officiorum  
collisionis  
constitu-  
grapho ua.



## 14 SECT. I. CAP. I. DE RECTA OFFICIORVM COLLISIONIS

grapho est prolata, bene notata, absque difficultate sequentia inde fluunt axiomata. 1. *Vnica lex atque vnicum officium nunquam efficiunt collisionem:* sed plura semper desiderantur officia, sine quibus nulla potest excogitari collisio; id quod ex collisionis definitione communique experientia luculentissime constat, vberiore que haud eger probatione. 2. *Plura ista officia, quae quedam casu collidunt, vere hominem tenere debent.* Quodsi enim vnum alterumue ex eiusmodi officiis collidentibus vere non obliget hominem, officiorum non adesset collisio, sed tantum falsa illius species, ex praecipititia quadam errore orta: id quod ex definitione facillime colligitur. 3. *Impedimenta, eaque, ut dicunt, invincibilia, ab impletis officiis hominem reuocent, oportet.* Quae si deficiant, non habes veram officiorum collisionem, nullaque ideo exinde peti potest excusatio.

## §. VII.

*Coniectaria.* Iam commode sequentes patent propositiones. 1. *Status, a quo officiorum collisio proficitur, non est status hominum essentialis.* In isto enim, qui essentiae immutabilitate nititur, statu vtrunque vel sane alterum officiorum homines, ad ea, quae fieri nequeunt, minime obligandos, nulla ratione teneret, ideoque in officiorum numero neutriquam esset habendum: quare nulla adesset officiorum collisio, in qua tamen haec quaestio versatur. 2. *Status, in quo collisio oritur, est tantum accidentalis:* quae propostio cum priori et diametro si opposita, ex principio exclusi medii, in ontologia explicando, vires accipit sufficietes. 3. *Officia ipsa minime collisionis sunt causa.* Quod enim si esset, officia ipsa invicem omni tempore pugnarent: ergo virumque obseruare, esset impossibile: quare vnum ex illis verum minime esset officium, & ideo nullo modo officiorum adesset collisio. 4. *Officia collidentia tantum in casu collisionis vires suas obligantes amittunt.* Accuratisse enim sunt exhibenda officia: nisi ad sint impedimenta, quae prorsus superare nequeunt. (§. IV. 4). Haec vero impedimenta tantum in collisione ad sint: quare tantum eo in casu vires obligantes officia deponunt. Omni alio tempore, eiusmodi impe-

impedimentorum mole haud circumsepto, diligentissime ad leges actiones nostras componere tenemur.

## §. VIII.

Genuina officiorum collisio quando accidat est in aprico. Spuria officiorum collisiones.  
 Cum vero variae collisionum umbras, maxima saepius generi humano creantes incommoda, sece offerant, vel tribus verbis hoc loco materiam hancce attingam. Per multas homines sibi singunt collisiones, officia falsa sibi excoigitantes, quae illis nullo modo in cumbunt, aut ea, quae legibus recte docentur, minus recte interpretantes, falsissimeque ad varios vitae casus applicantes, unde spuria ac apparentes tantum officiorum existunt collisiones, circumspete a qualibet, felicitatis suae cupido, fugiendae.

Si quis sentiret, legem Israelitarum ceremonialem, quae typica & positiva fuit, fineque, ad quem tendebat, impleto, cessavit, hominem esse obseruandam, falsa sibi excoigitaret officia, collisionibus variis facilime anfam praebentia. Porro si quis putaret, legem Dei Gen. IX. 6. שְׁמָךְ הַדָּבָר כִּנְחָרֵךְ qui venam fecare solent, aut ad milites, per multum languinis bello effundentes, esse applicandam, falsissime explicaret legem, eamque ad casus, quibus minime responderet, accommodaret. Tales vero errores inter homines esse communissimos, abunde docet experientia. Educationis peruersitas, praeiudicia inuterata, supersticio, aliaeque ignorantiae ac pravae voluntatis prolnuies in eiusmodi errores saepius admodum pestiferos homines detrudunt.

## CAPVT SECUNDVM,

DE RECTA COLLISIONIS OFFICIORVM CHRI-  
STIANORVN INDOLE SPECIATIM AGENS.

## §. IX.

Collisionum natura generatim hue usque, prout argumenti Nexus ratio postulabat, prolati: iamiam quedam de indeole collisionis officiorum christianorum speciatim, cuius causa ea sunt praemissa, exponere naturalis ordinis ratio desiderata. Eadem fere, quae supra adduxi momenta, & hic singulatim erunt extricanda: expli-

16 SECT. I. CAP. II. DE RECTA COLLISIONIS OFFICIORVM

explicaturus scilicet primo *quid christianus?* unde *legum officiorumque christianorum explicationem efficiam:* postea ostendam, *quid sit officiorum christianorum collisio tam vera quam falsa?* & tandem illius *possibilitatem euincere* studebo.

§. X.

Christianus Hominem, qui totam de Christo doctrinam, diuinitus reuelatam, pro norma credendorum & agendorum sibi sumit, *Christianum appellari*, notum est ex theologia morali. \* Christianum igitur oportet 1) ea credere, quae diuinitus reuelata sunt in sacris paginis, tanquam diuinitus reuelata; adeoque diuinitatem scripturæ sacrae admittere. 2) Etiam tanquam normam agendi eandem sequi. Confirmant hoc oracula sacra permultis in locis. Ideo Christus postulat Joh. V, 39: ἐγενέντε τοῖς γεράσι, scrutamini sacram scripturam i. e. animo admodum attento omnique studio atque opera sacram scripturam legite, omnis simul adhibentes media, quae huic scopo inferuntur: huius rei statim sequitur ratio, εἰσελαίτω διὰ μαρτυρίου περὶ ἡμῶν, quibus verbis praesertim indicatur, Christum, qui totius scripturæ nucleus est, a vero ipsis factatore in hoc libro esse querendum, omnemque illius lectionem hanc ab cauillam potissimum esse suscipiendam. Idem exemplo suo etiam atque etiam commendat Davides Psalm. CXIX, 59. *אָלְעַדְתִּיךְ אֲשִׁיבָה רַגֵּל*. Quae locutio impropria significat, Davidem sedulo sacras paginas scrutatum esse, omnique opera suas actiones ad praestantissimas illarum regulas instituisse. Cum quibus conferre licet. Joh. VII, 38. Aet. XVIII. 28. 2 Tim. III. 15. 16. Eph. IV. 15. Matth. XI. 29. Ex iis, quae iamiam in medium protuli, sequentes patent canones. 1) Quatenus quis ex reuelata sacri codicis de Christo doctrina actionum suarum moralium rationes desumit: eatenus vitam degit vere christianam. 2) Qui alii vtitur rationibus, quam quas haecce doctrina exponit, illius actiones hanc christianam sunt, licet in externo illarum apparatu nihil fere discriminis obserueretur.

\* Conf. V. BAVM GARTEN II theor. moral. §. 5. 57. BENED. PICTETS  
*Christliche Sittenlehre* L. II. C. XV.

§. XI.

## §. XI.

Omnes leges, quae ab homine christiano sunt obseruandae, <sup>christiano-</sup>  
*christianorum legum* efficiunt *complexum*. Rectissime his annume- <sup>rum leges.</sup>  
 rantur, primo omnia sacrae scripturae praecepta, quae ex singula-  
 ri Numinis iusu hodiernum nondum ab vni receperunt, & hae  
 quidem in specie & simpliciter *leges christiana*e vocantur; deinde  
 omnes naturae leges, quae ad immutabilitate naturae proficiscun-  
 tur, Deo etiam auctore videntur, & hanc ob causam non abrogan-  
 dae. Rom. I, 19-21. II, 14. 15. Quare illis homines christiani obe-  
 dire tenentur, cum ipsis Numinis, ut leges scriptae facri codi-  
 cis, sint praecepta, quae ad illorum salutem maxime faciunt, quia  
 ex hominum natura, quae omnibus una eademque contigit, sunt  
 deducta. Maxime etiam coherent cum legibus sacrae scripturae,  
 quae partim naturales tantum illustrant, viamque, eas accuratissi-  
 me observandi, exponunt. Invenimus ideo, nullam scripturae le-  
 gem vere contradicere praecepto, quod ex hominis natura legitimi-  
 mo modo evincere licet. Et denique leges civiles, quae ab il-  
 lis, ut ciuiis in republica, ex Christi praeceptis diligenter etiam  
 sunt obseruandae. Vid. Rom. XIII, 1, 2. sqq. vbi Spiritus sanctus  
 dilucide desiderat, πᾶσα Ψυχὴ ἐξουσίας ὑπερέχεται ὑποτα-  
 σέσθω, generatim hoc a quelibet, qui praecepta Dei implere  
 studet, postulans. Conf. practerea. Tit. III, I.

Leges sacrae scripturae in ceremoniales, forenses atque morales  
 dispepsi, inter omnes constat. Maxima legum primi atque secundi  
 generis pars Christianos non obligat: licet aliis fatis amplius pre-  
 fuent utilitatem. Morales vero omnes, quae potissimum decalogo  
 continentur, Exod. XX. neutquam extra vnum sunt, sed sanctissime  
 adhuc a nobis sunt colendae. Practerea & alio modo facri codicis  
 leges, quae hodie adhuc vigent, diuidere possumus. Aliae enim ex  
 rationis lumine iamiam sunt nota, quarum plures in decalogo oc-  
 currunt, facrorum oraculorum effatis tantum illustratae atque corro-  
 boratae: aliae vero, nisi a Deo nobis essent promulgatae, omnino  
 nobis essent incognitae; quas leges sacrae scripturae positivas voca-  
 mus (§. II.) Dantur & leges scripturae vniuersales arque particula-  
 res: quarum illae ab omnibus hominibus sunt obseruandae; hae au-  
 tem ad certas hominum species tantum pertinent. Legibus non est  
 immiscendum evangelium: licet varia adhuc praecepta, quae rectum  
 illius vnum indicant.

## C

## §. XII.

## §. XII.

Christiano. Omnes actiones, quae legibus hisce sunt praescriptae, seu  
rum officia, quatenus his legibus conformantur, Christianorum sunt officia. (§. III.)  
Omnia, quae superiori pertractione de officii natura generatim  
protuli, commode hoc loco possunt applicari: quae vero, ne fasti-  
dium excederentur, hic non reperio. (§. III. & IV.) Christianorum offi-  
cia tam interne quam externe cum legibus conspirare debent:  
vnde admodum internoscuntur ab officiis mere humanis & ciui-  
libus, quae, si ex iusto christiana fidei fonte deducuntur, chri-  
stianorum officiorum induunt naturam. Varias in species Chri-  
stianorum abeunt officia. Alia enim Deo, alia nobismetipso,  
alia reliquis hominibus sunt exhibenda. Quodlibet illorum genus  
fuis denuo gaudet subdivisionibus. Officia enim, quae Deo sunt  
praestanda, vel ad cultum ipsius internum vel externum spectant.  
Officia erga nosmetipso vel ad animam nostram, vel ad corpus,  
vel ad externam felicitatem perirent. Quae diuiso & in officiis  
erga proximum obtinet. Vberior huius materiae explicatio ex-  
libris, qui sunt de theologia morali, est perenda: qui etiam suf-  
ficiens argumentorum offerunt copiam.

Illis, quas paragrapho protuli, officiorum christianorum specie-  
bus quidam officia in bestias, res inanimatas atque angelos addunt.  
Ex diversitate singularum partium, qualibet officii specie contenta-  
rum, variae adhuc prodeunt divisiones, quarum explicacione partim  
hic nobis non opus est, partim vero, si materia postulet, sequenti  
pertractioni adiiciemus.

## §. XIII.

Officiorum christiano-  
rum collisi-  
o.

Ad explicandam officiorum christianorum collisionem acce-  
dimus. Ex principiis supra allatis & haec diiudicanda erit quaesi-  
tio (§. V. VI. VII). Ille enim homini christiani status, in quo  
pluribus officiis simul satisfacere nequit officiorum, christianorum si-  
mit collisionem, ad quam ideo sequentia requiro momenta. 1) Plu-  
ra adhuc officia, quae vere cum obligant. (§. VI) 2) Impossible  
sit, vt pluribus hisce officiis, simul ab eo iuxta legum preecepta  
observandis, satisfaciat. (§. VI. 2. 3) Has, quas protuli, cautelas be-  
ne esse notandas supra iam monui. Mirifice enim hac in re di-  
screpant eruditorum hominum sententiae, quas postea in vita ex-  
pri-

primere student, multa ideo turbantes, quae alias, si rectae illis essent rerum opiniones, quieta atque tranquilla mansissent.

Illustrationis causa sequens profero exemplum. Est Christianorum officium, ut coetui publico, Dei colendi causa instituto, interficit, & ut sanitati conseruanda omnibus viribus strident. Jam pone: aliquis morbo laborat, adeo graui atque periculofo, ut si ecclesiam aeat, sanitatem atque vitam minime conseruare queat. Duabus igitur hisce legibus, inuicem, sibi non repugnantibus, in hoc vi-  
tae statu nulla ratione obedire valet: quare officiorum ipsi adest collisio.

#### §. XIV.

Ex variis Christianorum officiis (§. XII) & varia oriuntur collisionum genera: prout officia inuicem collidantur. Singu-  
latin ea indicabo. Tam leges sacri codicis, hodie adhuc vi-  
gentes, quam & naturales & positivas hominum ab ingenuo  
Christiano obseruandas esse, afferui (§. XI). Inde in vita oriuntur officiorum christianorum collisiones inter se, ac cum natura-  
libus & positivis legibus, quae saepius inuicem pugnant. Ad  
tria autem potissimum momenta omnem officiorum materiam  
contraxi. (§. XII.) Inde habes collisiones officiorum erga Deum  
cum officiis erga nosmetipos ac alios homines, & officiorum  
erga nos cum illis, quae aliis debemus. Horum officiorum sin-  
gulae sunt species (§. XII). Inde prodeunt collisiones cultus Dei  
interni cum externo, officiorum erga animam cum officiis erga  
corpus statimque externum: quod de vtroque officiorum generi,  
tam ad nos quam alios spectante, censendum. Cum plura adhuc  
dendentur officia specialiora: inde adhuc variae collisiones absque  
difficultate possunt formari; quarum vna alteraque species in se-  
quentibus apparebit.

#### §. XV.

De origine collisionis officiorum christianorum quam bre-  
uiter exponere placet: quare sequentia notes theoremata. 1) Of-  
ficia sacrae scripturae & ea, quae e natura fluunt, collisionum mi-  
nime sunt causa. Haec enim officia nituntur legibus sacrae scri-  
pturae

20 SECT. I. CAP. II. DE RECTA COLLISIONIS OFFICIORVM

pturae arque naturae (§. III. XI): quae Deo sapientissimo, veracissimo, ac sanctissimo auctore vntuntur (§. XI). Quod si igitur ex ipsis officiis originem suam traheret collisionis, ut Deus leges imprudentes sanxisset, omnino sequeretur: quod vero cum deo, ab omni errandi periculo prorsus immuni, Num. XXIII. 19, nulla ratione affirmari possit, turissime exinde appetat, numquam collisionem in ipsis hisce officiis esse fundatam. (§. VII. 3).

De legibus civilibus idem omni tempore affirmari nequit. Quae enim cum ab hominibus tradantur, quos errandi periculo admodum subiectos esse constat: habemus inde saepius leges, vere tam inter se, quam etiam cum naturalibus atque diuinis pugnantes.

2) *Nec statum hominis christiani essentiale collisionis esse causam, ex superioribus abunde patet. (§. VI. VII. 1.)* Omnis igitur collisionis oritur in statu hominis christiani accidentaliter: in quo tales, ut aiunt, circumstantiae occurrunt, quae illum impidunt, quo minus plurius legibus simul accuratissime obediatur.

§. XVI.

Collisionis effectus.

Effectus, qui ex officiorum christianorum collisione oritur, idem est, quem in omnibus aliis obseruare solemus. Officia nimur collidentia vim obligantem eo, quo colliduntur, tempore amittunt: quia in collisione homines illis simul obire nequeunt. Sed neutiquam has o rationes ex officiorum prouincia penitus reiciuntur. Minime! Ne tantillum quidem auctoritatis ideo depontur: sed omni alio tempore, in quo eiusmodi collisionis non adest, exactissime sunt obseruanda.

§. XVII.

Collisiones apparentes.

Ex iisdem rationibus, quas supra in medium protuli (§. VIII), & inter Christianos spuriae irrepere solent collisiones. Illorum enim multi, vel nimis scrupulosi, vel superstitione ac opinionibus anilibus imbuti, imaginarias facies sibi singunt leges, aut in interpretandis applicandisque praeceptis nimis fegnes vel minus exercitati in gravissimos errores rapiuntur: de quanam re communis hominum experientia innumera exempla suppeditat.

§. XVIII.

## §. XVIII.

*Possibilem esse officiorum christianorum collisionem*, quod a per-  
*multis omnino in dubium vocatur, a posteriori primo loco ostendam, sequenti modo ratiocinans:* Quaecunque res in mundo existit, illa est possibilis; atqui officiorum christianorum collisionem existit, illa est possibilis; ergo officiorum christianorum collisionem existit; ergo officiorum christianorum collisionem est possibilis. Subsumptionem ut vterius probem, cum de maiori propositione per prima rationis principia minime sit dubitandum, sequentem accipe casum: qui, testibus sacra scriptura tam veteris quam noui testamenti, ac historia ecclesiastica, praeferrim primorum seculorum, saepius occurrit, hodieque adhuc est frequen-  
*tissimus. Certissimum hominis christiani est officium: Verus Deus unicus est adorandus, & contrario Dii falsi atque fictiti reli-*  
*giose numquam sunt colendi. Nec nullus, sana mente praeditus,*  
*de hac lege dubitat: vitam tuam conserua. Hae leges atque*  
*officia in se minime pugnant. Iam pone, te incidere in paganos superstitiones atque crudeles, ut Apostolis aliisque Christianis  
 saepissime contigit, qui te sub minimationibus crudelissimae mortis  
 ad immolationem, idolis faciendam, cogere student. Num tu  
 hoc loco duas has Christianorum leges, in se non contrarias,  
 obseruabis? Neutiquam: es potius eo in statu, in quo duobus  
 hisce christianorum officiis minime obedire vales. Officiorum  
 igitur, & quidem Christianorum adeat collisione (§. V. XIII.);  
 & confirmatur hoc modo canon iste notissimus: quicquid in se  
 possibile est, hoc certis sub circumstantiis fieri potest impossibile.  
 Eiusmodi collisione ex sacris paginis luculentissime etiam ap-  
 paret. Accipe id, quod de Davide enarrat L. I. Sam. XXI.  
 Cum in summa omnium rerum inopia constitutus esset Da-  
 uides, Saulum fugiens, qui mortem ipsius omnibus viribus  
 machinabatur, ad Abimelechum sacerdotem veniebat. Maxima  
 pressus fame, quaerebat ex Abimelecho, numne aliquid cibi adsit,  
 quo vires suas debilitas quadammodo reficiat? Responden-  
 te Abimelecho, nullos, nisi facros illos panes, sacerdotum usui  
 ex Dei praeceptis destinatos, adesse; illos sibi sumit, vitam lo-  
 fibi hoc modo conseruaturus. Collidebatur igitur hoc lo-  
 co vita ipsius conseruanda cum obseruantia, mandato diui-  
 no praestanda. Plura eiusdem generis exempla enarrat sacer-*

22 SECT. II. CAP. I. DE RECTIS IN COLLISIONE OFFICIORVM

codex, quae singulatim enarrare, non necessum: vnde vero huius collisionis possiblitas & ex praecceptis sacrae scripturae absque difficultate colligitur.

SECTIONIS POSTERIORIS,

QVAE DOCTRINAM PRACTICAM

PROPONIT

CAPUT PRIMUM,

DE RECTIS IN COLLISIONE OFFICIORVM

CHRISTIANORVM EXCEPTIONIBVS GENE-

RATIM EXPONENS.

§. XIX.

Nexus capitis.  
Officiorum, praeserrim christianorum, indolem haetenus pro-  
tuli, quam doctrina practica, de recto excipiendi modo in colli-  
sionibus agens, excipere debet. Vniuersalia quedam primo lo-  
co de hac re suppeditabo: quae speciali de collisionibus officiorum  
christianorum doctrinae lucem accendent maximam. Duo potissi-  
mum momenta primo hoc capite occurunt: demonstrabo scilicet  
primo quid sit exceptio? ac deinde regulas exceptionum communissi-  
mas, ex iusta officiorum natura deriuandas, in medium proferam.

§. XX.

Exceptionis explicatio. Si officiorum collisio obvia est, in hac vel illa vitae nostrae  
ratione duo officia, legibus nobis praescripta, exhibere mini-  
me contingit. (§. V. XIII). Vnum igitur ex illis est negligendu-  
m, vt alteri adhuc satisfacere queamus. Quod si a nobis fiat,  
rurum excipere dicimus. Exceptio igitur est neglectio vnius ex of-  
ficiis collidentibus, vt alterum obseruare possimus. Vnde de  
exceptionis natura sequentes parent propositiones. 1) Si exceptio  
adhibetur, officia vere sunt collidentia oportet. 2) Ex officiis  
collidentibus vnum est negligendum. 3) Haec neglegatio eo tan-  
tum

tum fieri debet sine, ut alteri adhuc obedire possumus. Officium, quod in excipiendo retinetur, *vincere*, quod vero negligitur, *alteri cedere*, dicitur.

Officiis nihil auctoritatis detrahit exceptio: quae alias, nisi exstat collisio, sanctissime debemus custodire. Nec imputatur eiusmodi neglectus ob notissimam hanc regulam: ad impossibilia non darur obligatio. Immo certissime affirmari debet, omnes leges tam Dei quam superiorum, salutem & commoda subditorum cunctantium, iamiam involuere hanc excipendi libertatem. Incartus vero ac imprudens excipendi modus, qui ex negligentia & malitia oritur, culpam omnino contrahit grauissimam. Philosophia theoretica quoque hanc exceptionem in doctrina de perfectionibus praecipit, varias regulas de eadē subministrans, quae ad illustrandam confirmandamque hanc materiam permultum faciunt.

### §. XXI.

*Exceptio ab officiis praefundis non est admittenda, nisi summa urgente necessitate i. e. eo in casu, quo, omnibus adhibitis viribus, pluribus legibus respondere haud valeremus. Omnis enim, qui exceptione virutur, officiorum suorum aliquid negligere (XX.) ideoque haud exacte leges obseruare viderur. Quod vero, summa deficiente necessitate, actiones legi conformes non infiramus, tunc peccare dicimus, magnamque meremur culpam. Quare omnes quocumque tempore adhibendas sunt vires, ut hunc officiorum neglectum effugiamus. Si vero summa urgente necessitate excipimus: tunc quidem minime exhibemus officia nostra, quae extra casum collisionis obseruanda essent; sed officiorum omissione nobis imputari non potest, quia in viribus nostris non fuit positum utriusque praecerto simul praestare obedientiam debitam. Ergo exceptio non nisi summa urgente necessitate est adhibenda.*

Excep.  
non admittenda,  
nisi summa  
urgente ne-  
cessitate vir-  
gente.

Excipere absque summa necessitate, maxima in legislatorem iniuria est atque, indicat animum caecum & peruersum. Hoc, licet videatur notissimum, tamen prauis hominum cupiditatibus, qui virtus sub specie virtutis committere student, summo studio est inveniendum. Quia scilicet leges tam diuinæ quam humanæ in officiorum pugna exceptiones quadam permitunt, commodissimam ibi intentionem sibi videntur occasionem, permulta vitiorum genera impune, ut putant, committendi, postea ex hac doctrina egregiam scelerum ex-

24 SECT. II. CAP. I. DE RECTIS IN COLLISIONE OFFICIORVM

expromentes excusationem. Si itaque collisionis vmbra ipsis apparet, sagacissime eam arripiunt, illaque ad perpetuanda crimina vivuntur. Quotidiana cuiuslibet experientia plura huius rei exempla absque difficultate suppeditat. Ceterum bene notes, hanc, de qua locutus sum, necessitatem, in abstracto non posse metiri: sed ad circumstantias agentis respiciendum est, si eandem definire cupis.

§. XXII.

Talis exceptio, qualis est officiorum collisio. *Talis semper sit exceptio, qualis est officiorum collisio.* Seu non pluris in officiis praestandis est negligendum, ac collisionis casus necessario postulat. Ex eodem principio, quo prima oritur regula, & haec originem suam trahit. Cum enim officiorum cultus ob impedimenta invincibilis vincere sit negligendum (§. VI, §. XX, 1.) quoddam neglegctionis momentum iusta egeret excusatione, si ultra collisionis limites producere velles exceptio- nem, damnumque experireris, quod summus imperans transgres- foribus legis minatus est. Cum igitur tibi semper rectissima sit eligenda via (§. IV, 4); talis omnino tantum tibi esse debet ex- ceptio, qualis vera officiorum collisio permittrit.

Eadem utilitatem haec regula communi vitae afferit, quam de superiori indicauit. Admodum enim gratum est hominum pranitati, si limites recti bonique, in primis certa sub specie, transgredivis contingat. Communis hominum sententiae hanc thesin confirmant. Si furem quemdam, e. g. quem ligare potuisses, gladio tuo occidis, nonne es taxandus? & num in iudicio publico huius rei in causa poenam luces? plus enim fecisti, quam in hac collisione in- columitas tua desiderabat.

§. XXIII.

Maior obligatio vincit. *Ex obligatione quadam morali vnumquodque profluit officium: quam propositionem ex scientiis practicis hic repeto.* Inde regulae quedam, in collisione adhibendae, existunt. Prima haec est: *Officiis iniucem collidentibus, quibus diversa obligationis quantitas ineft, illud vincit, quod maiori ac fortiori potest obligatione.* Hominem enim, quem rationis ac libertatis viribus sa- pientissime a brutis distinxit summus Creator, ex rationibus, quae bonum vel malum alicius rei nobis representare solent, agere omnino decet. Quod etiam admodum congruit cum voluntate Spi-

Spiritus sancti, qui ex summo amore paeceptis, in sacro codice obuiis, permulta semper apposuit rationes. Exod. XX. 5. 7. 12. March. V. 3. 4. 5. Quare si in aliqua re peragenda plures maioresque adint rerum caussae, ac in alia, ut fortiores sequamur, oportet. Iam vero, teste definitione, in obligatione fortiori graviores occurunt rationes. Ideo in officiorum collisione illud est obseruandum officium, quod fortiori obligatione praeditum est.

Obligationum dari permulta genera, disciplinae morales abunde docent. *Moralis* nexus motiorum cum actionibus absolutitur, & in hac pertractione, ut supra iam monui, obtinet. Conf. CANTII iurisprudentiam ciuitatis Dei publicam §. 274. *Obligatio perfecta* dicitur, ad quam quis potest vi externa cogi: quod in *imperfecta* non reperiatur. Ceterum propositio, in ipsa paragragho demonstrata, est primum ac foecundissimum in doctrina de officiorum collisione principium: unde sequentes fere omnes regulae, tanquam riuali ex fonte quadam proficiunt. Si etiam principia, quae ex sacro codice sumimus, solide examinamus, ea ab hoc principio, in ipsa hominis natura radices agente, haud aliena esse, constabit.

#### §. XXIV.

Obligationum consideratio hanc alteram exhibet regulam: *In collisione obligationis perfectae cum imperfecta eiusdem generis, vincit perfecta.* Maius enim obligationis robur reperiatur in obligatione perfecta, quam in imperfecta: quod ex definitionibus illarum, supra adductis, facile colligitur (§. XXIII. obsf.) Iam vero nostrarum partium est, fortiori obligationem, ut homines ratione praedictos, sequi (§. XXIII.). Obligationem igitur perfectam esse praferendam omnino sequitur.

Obligatio  
perfecta  
vincit.

Officio: neminem laede, inhaeret obligatio perfecta. Quod enim ut obseruemus externe possumus cogi. Huic vero: des pauperibus elemosynas, tantum imperfecta: quia nullus externe te ad hoc officium praefundandum adigere conatur. Ita duo officia si igitur aliquoties inicic pugnarent, ut prius obtineret officium, ex regulis iustae exceptionis sequitur. Applicabo postea hoc principium ad causas varios speciales, quorum causa est prolatum. Specialiori huius sectionis capite constabit in sacro codice hanc regulam etiam esse fundatam.

D

§. XXV.

26 SECT. II. CAP. I. DE RECTIS IN COLLISIONE OFFICIORVM

Plures ac  
maiores  
perfectiones  
vincunt.

Ad felicitatem acquirendam, conseruandam aut promouendam omnes tendunt leges tam diuinae quam humanae, si interna polent, homines obstringendi, potestate. Eruamus inde regulas, in recto excipiendi modo homini christiano haud inutiles. Prima est: *In collisione officiorum, perfectionum numero atque valore discrepantium, illud vincit, quod plurimis optimisque gaudet perfectionibus.* Primum enim & antiquissimum omnium legum tam diuinarum quam humanarum principium hoc est: perfectiones auge atque conserua. Aliis saepe verbis hanc regulam exprimere soletur eruditus, e. g. voluntati Dei conuenienter vive: manet tamen nihilominus unum idemque principium. Quae cum ita sint, rectissime concludere licet: Quo proprius huic omnium actionum nostrarum fini accedere valemus; eo rectius agimus. Quod si igitur in eiusmodi collisione illud eligamus officium, quod plurimas nobilissimasque praefat perfectiones; rectius agimus, ac si aliud observemus. Optime vero semper agere prudentem decet (§. II. 4). Ideo illud vincit officium, quod plurimis atque praestantissimis coniunctum est perfectionibus. Huc etiam tendere Christianorum actiones, optimus salvator diserte indicat, apostolus dicens Matth. V. 48: "Ἐστε οὖν ὑμεῖς τέλεσι; quibus verbis eos maximopere ad studium verarum perfectionum excitat. Vide etiam Rom. XII. 2. sqq. Eph. IV. 13 etc.

Præterea apparet etiam haec regula ex §. XXIII. Illud enim officium, in quo plura & maiora continentur moria, ideoque maior obligationis quantitas, in officiorum collisione semper vincat necesse est. Quia in re conueniant communis hominum sententiae: qui hunc canonem sapientissime, licet enim ignorant, actionibus suis obseruant. Ut hanc agendi normam recte in vita exprimamus, perfectionum cognitio maxime nobis est commendanda, vt veras ab apparentibus,\* maiores a minoribus, nobiliores a tenuibus bene internoscamus perfectiones. Huius regulas maximam esse utilitatem, in sequentibus patebit luculentissime.

\* PICTETI theol. moral. L. II. c. 14. WOLFI*i* insti*t*uris nat. §  
geni. §. 43. DARIESII*i* insti*t*urispr. vniu. §. 44. s*q*.

Perfici-  
nes cerio-  
res vincunt.

Altera sequitur regula. Si duo inuicem collidunt officia, quorum unum certo promittit felicitatem quamdam, alterum vero eamdem

§. XXVI.

dem nondum certo sub praesentibus circumstantiis promittit: primum rellissime praefertur.\* Omnes sapientum sententiae in eo conve-niunt, bonum certum tunc incerto palmam eripere: neminem igitur de hac assertione dubitaturum, iudico. Idem a nobis postulat sacra scriptura Matth. VI. 19. 20; vbi Christus hanc ob cau-sam nobis etiam atque etiam commendat, ut θεραυγος εν ουρανω thesauros in coelo qui semper durant, atque nulla hominum aliarumque rerum vi vim quam nobis possunt eripi, quam longissime antepo-namus τοις θεραυγοις επι της γης, thesauris in terra, quorum na-tura, vt quotidiana docet experientia, ea omnino est, vt maxi-mae sint instabiles, facillimeque summa eos afficiant tristitia, quorum cupiditates ad eos, in hac terra acquirendos, vnicie sunt porrectae. Paulus hanc regulam fecutus est 1Cor. IX. 26, quam quisque, qui Christum veranque felicitatem amat, imitari tenetur.

\* V. CANZII theol. moral. §. 6.

### §. XXVII.

Legum dari ordinem atque classes, supra notaui (§. V. 6.) Officium su-perius vin-Hinc sequentem elicio cautelam. In collisione officiorum, inuicem viv-  
subordinatorum, illud cedit, quod alteri est subordinatum.\* Ea enim officiorum, sibi inuicem subordinatorum, est conditio, vt inferius ex superiori vim suam obligandi acquirat. v. g. Lex: ama Cato-nem, Seruium, Paullum &c. proficisciatur a regula vniuersali: ama omnes homines. Quod si igitur inferius superiori officio obster, inferius hoc in casu non amplius obligat. Praeterea & leges summae maximas etiam nobilissimasque efficiunt perfectiones, ac eminentiori obligationis pondere gaudent. His vero parendum est (§. XXIII. XXV). Ergo omni in collisione officium su-rius vincit.

\* V. GLAHEY. l. c. L. II. c. 1. §. 131. sq. DARIES. obseruat. 28. §. 9. sq.

Lex: membrorum integritatit stude, oritur ex ista: vitam ac fani-tatem tuam conserua. Quodsi igitur membrum quoddam corporis conseruandum vniuersae corporis sanitati, immo ipsi vita, forsitan ideo extinguendae, repugnaret; quilibet ratione sequens, mem-bri cuiusdam e. g. pedis, digiti, brachii &c. mutilationem non curaret, vt vitam sanitatemque sibi conseruaret. Variae ex communi hoc

28 SECT. II. CAP. I. DE RECTIS IN COLLISIONE OFFICIORVM

principio fluunt conclusiones. 1) In collisione officii principialis cum minus principali, prius est preferendum, 2) In collisione plurium officiorum minus fundamentalium, illud vincit, quod ordine prius est. &c.

§. XXVIII.

Officia, quea quodam tantum tempore obseruari possunt, autem non nisi certo quadam temporis momento, oppido tempore obseruari posse. Ideo notandum: *In collisione officii, quod semper obseruare potest, cum eo, quod unice hoc tempore locum habet, prius est postponendum.*\* Si enim ex tempore, quo rarissimum illud officium a te desideratur, prius exhibes, cui praestando quotidiana est occasio, tunc praeterlapsi hoc temporis spatio, nunquam posteriori satisfacere, contingit. Quotidianum vero illud si negligis, necessarium illud impleturus: tunc peracto rario, alio tempore frequentiori respondebis. Quod si igitur hanc regulam sequaris, vrumque officium, saluis legibus, obseruare vales. Cum vero, quoad fieri possit, omnia officia accuratissime a te sint exhibenda (§. IV. 4. XXI. XXII): illud praessta officium, cuius occasio postea nunquam forsitan aderit. Eandem sententiam Christus, optimus hominum magister, sub initio salutiferae sua pafonis declarat. Matth. XXVI. 7. 8. sq. Marc. XIV. 7. Ioh. XII. 8. &c. Vituperabant scilicet Christi discipuli mulierem, quae aquis pretiosis caput salvatoris vnguebat, putantes, melius hanc pecuniam, praesertim in usum pauperum, portuisse collocari. Christus, haud contentus, ideo illis respondebat: Πάντοτε τές πτωχός ἔχετε μεθ' εαυτῶν ἐμὲ δὲ ἐπάντοτε ἔχετε. Semper pauperes habebitis vobiscum, me vero non semper habebitis.

Ceterum & in eo officio, quod tantum hoc vel illo tempore praestare possumus, eiusmodi frequenter adesse solent rationes, quibus eget ista communior actio. Vnde maior obligationis vis oritur (§. XXIII.) Hanc regulam sequenti illustro casu. Fac, te frui duabus familiaribus, optimam amicitiam atque sinceritate coniunctissimis, quos eodem modo amas, atque ob eadem naturae ac amicitiae dona amare debes; Petrum ac Paulum eos, ut eo clarior res sit, appellabo. Petrus praeferit expectationem in grauissimum incidit morbum, ac in agone mortis iam constitutus, te aduocari iubet. Eodem tempore te vocat Paulus, ut auxilio ipsi sis in labore quodam, ad finem perducendo. Officiorum praestato est collisio. Quid tibi faciendum?

Sen-

MUT CHRISTIANORVM EXCEPTIONIBVS GENERATIM EXPOENS. 29

Sententia erit facillima. Petrum adire debes. Cui enim nisi succurras, frustra deinde, forsitan multis cum lacrymis, perditam hanc occasionem optabis. Paullo vero omni alio tempore adesse ac inferuire vales. In casu quodam speciali ordinario haud difficultis est huius quaestio[n]is dijudicatio, praesertim cum e natura rei semper sit eruenda.

\* V. CEL. BAVMGARTENII theol. moral. §. 100. CANZII theol. moral. §. 59.

§. XXIX.

In officiorum collisione rei, ad quam diriguntur actiones no- Obiecti nobilitas spe-  
stra, excellentia perquam est spectanda, de qua hanc in medium standa.  
profero regulam: *Si officia inuicem collidunt, quae eiusdem generis atque gradus sunt: illud semper vincit, quod ad nobilium spectat obiectum.* Res enim, quae altera nobilior est, ut praestantiori, quam alia, gaudeat indole, iuxta communes, quas de hac re fo- uemus, opiniones, omnino requiritur. Quamobrem, ut maioribus praedita sit perfectionibus, est necesse. Res vero, quae alteram perfectionum numero atque valore excellit, tam per suam natu- ram ignobiliori amabilior est atque acceptior, quam etiam vel im- pri- mis, si inuitu nostri eam contemplamur, maiorem ac durabilior- rem nobis pollicetur felicitatem. Maiorem igitur absque villa dubitatione producit obligationem. Quam vero cum ex principiis rectae rationis sequamur, necesse sit (§. XXIII. XXV. XXVI.) ut in casu collisionis obiecto nobiliori rem ignobilarem postponamus commode liquet. Sacras paginas si euoluis, omnes fere ad pietatem haud fucata[m] admonitiones hinc esse deductas, perspi- cies. Gen. XVII. 1. Exod. XX. 2. sqq.

§. XXX.

Haud iniuste lex dicitur: manifestata superioris voluntas de Voluntas  
liberis subditorum suorum actionibus (§. II), & praesertim leges spectanda.  
positivae tam divinae quam humanae principis voluntate nitun-  
tur: (§. II. XI) si eas excipias, quae a societatis cuiusdam volunta-  
te pendent, & quas in disciplinis practicis leges conuentio-  
nales appellare solemus. Eruamus inde hasce regulas 1) *Si officia, a diversis imperantibus, qui vero ordine sese excipiunt, praecri- pra, inuicem collidunt, illud est anteponendum, cuius auctor superior imperans est* (§. XXVII). 2) *In collisione illud, quod clarius atque disfin-*

30 SECT. II. CAP. II. QVOD DE RECTIS IN COLLISIONE OFFICIORVM

distinctius lege expressum est, praefestur ei, quod certe hoc in casu obscuritate quadam laborat, quia clarior imperantis voluntas maiorem etiam hanc rem obseruandi obligationem fecum dicit, quam ea, quae terminis valde ambiguis atque obscuris tantum exstat.

CAP V T S E C V N D V M,

QVOD DE RECTIS IN COLLISIONE OFFICIO-  
RVM CHRISTIANORVM EXCEPTIONIBVS  
SPECIATIM AGIT.

§. XXXI.

Ratio con-  
nexioneis.  
Generalioribus haecenus explicatis principiis, ea iam proferam, quae in collisione officiorum christianorum speciatim sunt adhibenda. In tria haec pertractatio abit momenta: quorum primum officiorum christianorum, in specie sic dictorum (§. XI), collisionem inter se, secundum officiorum christianorum collisionem cum officiis naturalibus, ac tertium cum positiis humanis explanabit. Huic tractationi quaedam de mediis, quibus collisio reele finitur, adiiciam.

§. XXXII.

Regulae in  
collisione  
officiorum  
erga Deum.  
Prima.  
Officiorum christianorum, quorum datur collisio, alia Deo, alia nobismeritis, alia reliquis hominibus sunt exhibenda (§. XII). Hoc ordine exceptionum regulas in collisionibus officiorum christianorum inter se in medium proferam. Merito igitur officia erga Deum primo loco prodeunt: quea vel ad cultum Numinis summi internum vel externum pertinent. De illis tenendum: Si officia, quea ad cultum Dei necessarium atque internum pertinent, collidantur cum officiis, quea ad cultum Dei externum ac ceremoniam spectant, aut cum iis, quea nobismeritis aut aliis, vel singulis tantum hominibus, vel integris societatis debitis; officia in cultum Dei necessarium atque internum omni tempore sunt anteponenda. Variis modis haec propositio paret euinci. Quosdam affiram, era officia, quibus innatae maximae ac certissimae perfectiones, merito aliis anteponuntur (§. XXV. & XXVI); & si subor-  
dina-

dinata sibi repugnant officia, vincit semper superius (§. XXVII). Vtrumque de officiis, ad cultum Dei necessarium pertinentibus, offendam. Deo enim si obedimus, ipsius cultum omnibus aliis rebus praepontes, cum eo ipso conjungimur: quo nihil praestantius atque nobilius nec in hoc nec in futuro seculo potest ex cogitari. Summas exinde in nos redundare perfectiones, vel animi quietem atque cognitionem, vel corporis sanitatem atque integratorem, vel felicitatis externae ornamenta confideres, tam philosophiae purioris principia, quam sacer codex, Dei filiorum felicitatem depingens iucundissime, probat, Psal. LXXXI. 14. Ies. III. 10. Mal. IV. 2. Psalm. LXXXIV. 11. sqq. Praeterea omnia reliqua officia hinc deducere debemus, quae alias Deo minime grata atque accepta sunt: vnde omnis actionum rectitudine contuenientia cum voluntate divina absolvitur (§. XXV). Non igitur dubium est, quin in omni collisionis genere officia in cultum Dei necessarium atque internum omnibus aliis sint excellentioria. In sacro codice haec doctrina exstat luculentissime: vbi adsunt primo expressa loca. E. g. Matth. XXII. 37. sqq. optimus Saluator affirmat, hoc de Deo amando praeceptrum, quod hic, vt in multis aliis locis, omnem Dei cultum necessarium atque essentiam complectitur, esse ἐντολὴν περὶ τοῦ καὶ μεγάλην, ac ideo in collisione cum aliis absque dubitatione primo loco collocandum. Cum enim sit ἐντολὴ περὶ τοῦ καὶ μεγάλην, Conf. Marc. XII. 30. Luc. X. 41. 42. Math. VI. 33, vt aliae omnes illi sine subordinatae, sequitur. Quare iustissime ex principio supra adductis ita exceperimus. Praeterea inde apparet, quia in officiorum nostrorum enumeratione ea, quae Deo sunt exhibenda, vt palmaria atque nobilissima, primo loco enumerantur: vt hanc rem conspicimus in decalogo Exod. XX, ac in oratione dominica Matth. VI. 9. sqq. Denique sacrae scripturae exempla tam Christi quam aliorum ad hanc rem nos incitant. Matth. XXVI. 39. Dan. III. 12. VI. 10.

Plura huius rei exempla, ad veram pietatem stabilendam permulatum facientia, tam in ipsis sacris oraculis, quam in historiis martyrum, praefertim priorum noui foederis fidelorum, occurunt. Ut eo clarius appareat thesis, paragraphe proflata, unicum illorum ex libro secundo Maccab. C. VII. repeatam. Miserrime scilicet ea aetate, que Syrie reges gentem iudaicam persequerantur, septem fratres

cum

32 SECT. II. CAP. II. QVOD DE RECTIS IN COLLISIONE OFFICIORVM

cum ipsorum matre crudelissimis minitationibus a vero Dei cultu deflectere studebant. Pugnabant hic martyria uitanda, vitaque illorum, ex Dei praeceptis conseruanda, cum cultu Dei necessario. Ita vero excipiebant isti fideles, ut sacra oracula optant, sanaque ratio omnino suadet. Nihil acstimabant dolores crudelissimos ipsamque virtus iacturam, ut veram religionem animo conseruent ac actionibus externis commonstrent. Haec regula permultas specialiores complectitur; quae exinde, si animum, ad res quasvis obuias attentum, omni tempore adhibeat, facile posunt determinari. Ad infirmandas probationes, ex locis Math. XXII. 37. 38. ac Marc. XIII. 30. deriuatas, nullus termino ~~temporis~~, praeceptis de amando proximo adiecto, uti potest: licet quodammodo speciem prae se ferat, qui hocce vocabulum aliqualem quidem, sed neutriquam absolutam atque perfectam denotat similitudinem, quea, ut alia taceam, locus Ioh. III. 3, extra omnem dubitationis ponit aleam.

§. XXXIII.

Sacunda, Secunda sequitur regula: *In collisione cultus Dei minus necessarii atque ceremonialis cum officiis erga nosmetipsos seu proximum, quae sunt necessitatis, posterioribus officiis in cultum Dei minus necessarium atque ceremoniale cedunt.* Haec propositio ex sacro codice probatur, & quidem primo expressa huius rei adhuc praecincta Marth. XII. 12; vbi Christus dicit, legis ceremonialis, quae tunc temporis adhuc vigebat, haud curans rigorem: ἐξει τοῖς στόβωσι παλῶς ποιεῖν; quae locutio, prout connexio docet, officia, quae sanitati felicitatique tam propriae quam alienae debemus, designat, ac similibus casibus non iniuste applicatur. Deinde permulta Christi ac aliorum in sacra scriptura adhuc exempla, hanc rem confirmantia. Matth. XII. 1. sq. 1 Sam. XXI. 6. Coll. Marthaeo. XII. Luc. XIV. 4. sqq. Nec in veteri testamento hanc excipiendi rationem fuisse iniustam ex variis locis apparet. e. g. 1 Maccab. II. 41. sqq.

De cultu Dei ceremoniali sequentia adhuc nores, ut regula, quam paragraphe adduxi, eo securius atque accuratius ad vitam referre queas. Ceremoniarum, quibus praesertim in cultu Dei publico vtimur, alias ab ipso Numine sunt praescriptae, quarum perplures in veteri testamento sunt obuiæ, cum omnis cultus leuiticus illis sit annumerandus, alias vero principium christianorum aliorumque hominum voluntare sunt introducuae, quo spectant e. g. vestimenta, quibus ministri ecclesiæ, publice dicentes, aut sacram coenam administran-

nistrantes, sunt induitae, ac lumina, quae in altari tempore, quo sacramentum distribuitur, ardent &c. Haud vno eodemque modo de vitroque ceremoniarum genere est statuendum. Ita enim ceremoniae, quas ipse Deus iussit, aliquoties & officiis necessitatis erga nosmetipos ac alios homines palmarum eripiunt, eo nimur in casu, quo Deus iussit, hanc vel illam rem absque omni exceptione esse peragendam, ac hoc temporis momento nulla ratione omittendum. De ceremoniis, quas homines inuexere, idem nullo tempore potest affirmari. Quia in re vero permulta officiorum genera confluere, recte est obseruandum. Praeterea exemplo rem declarabo. Pone hominem, pietate non infusa excellentem, qui omni die certa quadam hora genibus flexis ad Deum orare solet ardentissime. Postea eo tempore eum vocat aliis, qui in summo periculo est constitutus, ut ipsi ferat auxilium. Quaeris, quid faciendum? adeit collido. Non dubito, quin misero sit auxilium praestandum, hasque preces, quae, si formam harum precum externam, temporisque, in quo perfoluntur, mensuram ac certitudinem spētes, ad cultum Dei ceremoniam pertinent, in aliud tempus esse transferendas. Maximas in vitam haec regula redundat utilitates. Adsum enim quam saepissime eiusmodi casus, qui hominibus piis atque religiosis summos conscientiae cruciatu ciere solent. Ceterum propositio supra demonstrata (§. XXVIII.) & ad probandam hanc thesin plurimum facit. Haec enim collisiones haud raro ita sunt comparatae, ut officia in nos aliosque, hoc vel illo tempore neglegant, nullo alio tempore a nobis possint obsernari. Illis, qui muniberis ecclesiae funguntur, aliquoties istae officiorum pugnae occurrent, e. g. Si ex mandato principis ceremonia quedam sint abrogandas aut immutandas: vnde permutantes altercationes originem suam duxere. Hic circumspecte atque prudenter ab eiusmodi ecclesiae ministro esse agendum, vel in primis ea theologiae pars, quae conscientiae casus profert, vberius encleat. Si officia cultus Dei ceremonialis cum officiis erga nos ac alios commoditatis tantum atque decori collidant, idem neutiquam potest obtineri.

#### §. XXXIV.

Pergimus ad alterum officiorum christianorum genus, officia, nobismenipis praestanda, complectens. Quae cum partim ad animam, partim ad corpus, partim vero ad externam felicitatem spectent (§. XII), seorsim collisiones, hisce in casibus obuiac, sunt terfe. Regulae in collisione officiorum erga nos in- considerandae, quas excipient horum officiorum pugnae cum officiis erga proximum. Praeclarissima hominis pars est anima, E prima quae,

34 SECT. II. CAP. II. QVOD DE RECTIS IN COLLISIONE OFFICIORVM

quae, si hominem vere christianum spectes, tam viribus supernaturali bus quam naturalibus, intellectus nimirum, voluntatis ac facultatum inferiorum gaudet. Sequentes hoc loco notandae sunt regulae. *In collisione officiorum in vires animae spirituales cum officiis in vires ipsius naturales, posteriora sunt postponenda.* Illae enim vires, quae fidelibus ex officina Spiritus sancti conceduntur, his longissime praefstant, quas tantum naturae opera colligimus. Non enim tantum in hac, sed etiam in futura vita plura offerunt commoda, cultum Dei internum magis excitant atque conseruant, Dei favorem nobis conciliant, praefantissimis humanae gentis virtutibus nos exornant, ac mirifice faciunt ad naturae vires acquirendas, easque ad summum gradum euehendas. Iam vero utilissima eligere est hominis prudentis ac sapientis. (§. XXV. XXVI). Nullum igitur dubium est hacce in collisione, quin officia erga operationes Spiritus sancti supernaturales sint praefienda. Rerum humanarum scientiam atque culturam maximi sane esse faciendam, Apostolus neutrquam inficiatur: ast simul facetur christianorum virtutum candorem matoris adhuc omnino esse iudicandum.

Vtteriori huius regulas probationi etiam inferuit §. XXXII. Partem enim cultus Dei necessarii atque interni haec officia, diligenter obseruata, efficiunt: quare in collisione maxima illorum est habenda ratio. Ex thesi quae in paragrapto conspicitur, minims fuit, quod vires naturae nostrae fini negligendae: licet limites recti iustique haec in re maximopere obseruandi.

§. XXXV.

Secunda sequitur regula: *Si officia in vires animae naturales intellectus nimirum, voluntatis ac facultatum inferiorum sibi inuicem repugnant, ea vincunt, quae maximam praefstant utilitatem, & praeferunt officia in voluntatem perficiendam aliis anteponenda.* Prima huius regulae pars principis generalioribus, supra demonstratis, nititur. Quicquid enim de genere valet, hoc etiam de specie quadam, sub illo contenta, recte contendimus. Quod logices principium hoc loco est applicandum. Alteram partem ita euincit. Quia voluntatis studium, vnde actiones hominum externae prodeunt, maximam & nobis & aliis exhibent utilitatem, ut quolibet die communis vita confirmatur, iure meritoque primum in officiis occupat locum.

§. XXXVI.

## §. XXXVI.

Tertia regula haec est: *In collisione officiorum erga animam cum officiis erga corpus, quae vitam & sanitatem conseruandam non spectant, aut cum officiis, quae spectant felicitatem externam, posteriora cedunt.* Officia enim, quae ad animam exornandam pertinent, certiore atque durabiliorem producunt felicitatem; cum e contrario dicta bona corporis atque fortunae, teste experientia, fluxa admodum sint atque fragilia. Praeterea corpus exterumque felicitatis splendorem anima praestantia sua atque nobilitate longissime superat. Ergo officia in animam absque dubio sunt anteponenda. (§. XVI. ac XXIX) Idem testatur Sacra scriptura Matth. XVI. 26. Marc. VIII. 37. 1 Cor. IX. 27. Matth. X. 39. &c.

Tertia.

Regulas quasdam specialiores, corollariorum instar, ex hac propositione colligere licet. 1) Si studium vere pietatis externis commodis repugnet, illud semper occupat locum. 2) Si ingenio voluntatique perhiciens obster externorum bonorum studium, hoc sapientius carere possimus. Exemplo adhuc rem illustrabo. Est officium erga animam, ut voluntatem nostram omni studio emendemus: felicitati vero externae debemus, ut opes diutinasque nobis acquiramus. Quodsi igitur aliquo in easu ista officia inuicem pugnant, voluntatis emendationem opibus diutinque cumulandis anteponen-  
dam esse, censeo.

## §. XXXVII.

Animam corporis statusque externi consideratio excipit; vbi vel in primis haec est tenenda regula: *Si officia erga corpus statim que externum sibi inuicem repugnant, illud est praeferendum, quod verae felicitati maxime inservit, & grauissimam secum ducit oblicationem.* Quae propostio ex generalioribus principiis supra ad ductis abunde appetit. (§. XXII. XXV)

Quarta.

Variæ corporis sunt partes, quarum aliae ad vitam ipsam sunt necessariae, vt caput, cor, intestina &c. aliae vero abesse possunt, & nihilominus vita conservatur, vt digiti, manus, pedes &c. Alia corporis membra maximam nobis praestant utilitatem atque communitatem, vt organa sensoria oculorum, aurium &c. Alia vero minoris utilitatis atque iucunditatis esse videntur. Hinc prodeunt re-

36 SECT. II. CAP. II. QVOD DE RECTIS IN COLLISIONE OFFICIORVM

gulae quaedam specialiores, in casu collisionis adhibendae, e. g. 1) Si integritas partis corporis vitalis repugnet sanitati ac incolumitati membra cuiusdam, quod ad vitam nostram conferuandam non ita necessarium est, prior obligatio locum habere debet. 2) Si conferuatio membra cuiusdam, quod nobis maximam utilitatem ac iucunditatem affert cum alio collidet, non ita comparato, illud nobis efficit conferuandum &c. Diuersa etiam momenta complectitur felicitas externa: quo opes, diuitias, honores, famam &c. referuntur. Hie eadem est adhibenda circumstancia: licet omnimode in abstracto res vix ac ne vix quidem determinari queat. Bonae famae potissimum, felicitatem externam si speces, est inferuendum: unde plura alia rerum extrinsecarum bona originem suam trahere solent. De qua re quotidiana hominum experientia plurima suppeditat exempla.

§. XXXVIII.

**Regulae exceptionis in collisione officiorum erga nosmetipos** sibi inuicem repugnent, exposui. Sequitur, vt de exceptionibus in collisione officiorum cum officiis erga proximum paucis agam. Ut haec quaeftio eo melius dirimatur, ex doctrinis practicis repto distinguuntur officiis erga nemus quamdam; quae in officiis erga nos recte hoc loco a nobis animaduertitur: quorum alia officia necessitatis dicuntur, sine quibus vita perfectionesque nullo modo possunt conferuari; alia vero commoditatis atque decori officia, quae tantum ad vitae nostrae commoditatem obtainendam aut decorum obseruandum faciunt. In officiis, quae proximo sunt praeflanta, eadem obtinet diuisio. Ceterum officia erga alios vel tantum ad singulos homines vel ad integras societates e. g. vrbes, provincias, rempublicam &c. pertinent: quod ultimum officiorum genus officia socialia complectitur. His, vt materia postulabat, praemissis, specialiores excipiendi regulas proferam. Prima haec est: *In collisione officiorum erga nosmetipos necessitatibus cum officiis erga proximum eiusdem naturae, priora sunt preferenda.* Officia enim, quae nobis debemus, ceteris paribus, maiore obligationis vi polent, quam illa, quae ad alios homines pertinent: quod in scientiis practicis vberius demonstratur. Cum vero fortiori obligatio adstante debeamus (§. XXIII): in casu collisionis officia erga nosmetipos praefreruntur. Nec iniuste haec propositio eruitur ex sequentibus sacri codicis locis March. XXII. 39. Gal. V. 14. Luc. XIX. 18.

Huic

Huic sententiae admodum fauere communes hominum opiniones, inter alia tritissimum illud docet prouerbium: quilibet sibi proximus. Quod, licet iniustissime saepius ab hominibus perueris applicetur, fundamento tamen minime caret, & in eo, quem posui, casu semper absque iniustitia atque iniuritate applicandum. Varia vita quotidiana nobis exhibet exempla: quae huic veritati lucem accendunt. Vnum ex illis in medium proferam. Hunc sumamus casum. Titius comoratur in vrbe quadam, ab hoste obsesta, quae fame eximie premitur, nullam salutis spem habens. Paululum panis adhuc possidet, quo si cararet, vita priuaretur. Tullius ab ipso flagitat hunc, quem possidet, panem. Num eum ipsi dare tenetur? Quilibet videbit in hoc collisionis casu panem a Tito esse retinendum; licet etiam hae res mortis Tullianae sit causa.

## §. XXXIX.

Secunda regula ita audit: *In collisione officiorum erga nos commoditatis atque decori cum officiis necessitatis erga proximum, posterius semper vincit.* Secunda.  
Vitae enim ruae commoditatem, mollem saepius atque effaeminatam, decorique quosdam ritus, saepius ridiculos, si conferas cum officiis erga proximum, quae virtue ac integratii ipsius sunt necessaria, sine dubio confat, posterioribus maiorem fortioriisque obligandi vim inesse. Haec vero cum semper sunt obseruanda (§. XXIII): & in tali collisionis casu officia necessitatis in proximum omnino sunt anteponenda. 1 Cor. XIII. 1. 4. sq. Iac. II. 15. 16. sq.

Homines, cum Christo coniunctos, ad obseruandam hancce regulam insigniter excitat sanctissimum Salvatoris exemplum: qui in omni vita, in hac terra salutis nostrae recuperandae causa peracta, nihil omnes vitae delicias, iucunditatem atque tranquillitatem aestimavit, ut necessariam hominibus acquireveret salutem. Ceterum vide re etiam licet, ab optimo quoque eum grauiissime vituperari, qui, ob commoditatem quamdam, voluptam aut ceremonias externas, necessitatis officia aliis hominibus denegat. Huius rei exemplum accipe. Est aliquis in maximo vitae periculo e. g. in flumen cecidit, aut latrone quodam premitur, te autem, cum media hyenis nocte in lecto tranquille dormias, in auxilium vocat. Si ipsi succurris, vitam illius conferas, commoditati vero tuae, praefertim hoc tempestatis rigore, permultum detrahis. Sed quid interest? Si hanc ob causam auxilium illi denegare velles: grauiissime a quolibet esse taxandus, animumque declarares ab omni erga alios amore vero longe remotissimum. Satis amplam vitae communis haecce regula affert

38 SECT. II. CAP. II. QVOD DE RECTIS IN COLLISIONE OFFICIORVM

affect utilitatem, permultum ad mutuam hominum felicitatem conferens. Sed rarissime ab hominibus impletur: quippe qui, pro libidinum pessimum voris, superiorum regulam cum hac eandem esse putant, ac prouerbium commune: quilibet sibi proximus, omni loco, si quodammodo ipsorum res agatur, admundum peruerse applicant.

§. XL.

Tertia. Eadem argumentatio, qua paragrapgo XXXVIII usus sum, & hanc demonstrat regulam: *Si officia erga nos commoditatis atque decori pugnant cum officiis erga alios eiusdem naturae, officia in nosmetipsos rectissime praeferuntur.*

Recte hoc loco applicatur regula: amor incipit a seipso. Videamus hominos saepius in desiderandis humanitatis officiis esse iniustissimos: quod praesertim hominem, qui Christi castra sequitur, nullo modo decet.

§. XLI.

Quarta. Sic homini christiano, ex Christi praeceptis in hoc mundo viventi, est agendum, si officia erga nosmetipsos cum felicitate aliorum hominum, singulatim spectatorum, collidantur. Videamus igitur nunc, qua ratione ipsi sit excipiendum, si eadem officia socialibus obstant. Sequentes de hac re suppedito regulas. *In collisione officiorum erga nosmetipsos, quae sunt necessitatis, cum socialibus, eodem modo necessariis, socialia a nobis sunt praeferenda.* Notissima est haec regula, quae in scientiis practicis uberioris demonstratur: bonum maius semper praeferendum est minori. (§. XXV) Egregiam hanc sententiam applicemus ad nostram regulam, quae inde dilucide patebit. Fac, te hac in collisione legi, quac tuam incoluntatem conservandam praecepit, obedire. Quid inde oritur? Te forsitan conservabis ac felicem reddes, integrum vero hominum societatem infelicem efficies. Iam vero absque illa dubitatione totius reipublicae felicitas melior est, quam vnius hominis. Quodsi igitur hoc modo ages, sapientem hanc regulam, bonum maius praeferendum minori, neutriquam observas. Quod vero cum a te omnino sit faciendum (§. XXIII. XXV): in hoc collisionis casu officia socialia praeferre teneris. Mire nobis hanc rem commendat exemplo suo perfectissimo optimus Saluator, qui pro incoluntate totius generis humani luben-

lubentissime sanguinem effudit 1 Tim. II. 6. Eph. V. 2; quod etiam ab ingenuis ipsis sectatoribus factum est. Conf. Ioh. III. 16.

Sententiam hancce Iudeos etiam tempore Christi souisse, docet locus Joh. XVIII. 14. Multa de hac re exempla antiquorum temporum historia suppeditat. Inter Romanos praefertim plurimi fuerer, qui summa cum voluptate pro salute patriae ac reipublicae vitam deposituerunt, eos, qui augustinissimo Christi nomine gloriantur, ut in pluribus aliis, sic etiam in hoc, superantes longissime. Excellentiores purioraque vero offerti martyrum historia, qui ex ingenua pietate huic officio permultis in locis statuerunt. Hui quodammodo spestat quaestio: num militi in aciem sit eundum, licet sumnum vias ac incolumentis adsit periculum? que has ab rationes est affirmanda. Per multorum enim hominum salus inde confirmatur. Aliis hanc rem adhuc niti rationibus, non ignoro.

#### §. XLII.

Secundam caudam: *In collisione officiorum erga nosmetipsos Reliquae. commoditatis arque decori, cum officiis socialibus eiusdem naturae, officia erga nos sunt negligenda, eadem probant rationes, quas superiori paragrapgo attuli. Eminentiori modo confitat haec tercia regula: Si officia erga nos commoditatis atque decori sint in collisione, ne cum officiis socialibus necessitatis, socialia semper preferenda.*  
(.§. XLI) Vbi a maiori ad minus concludere licet.

#### §. XLIII.

Progradimur iam ad collisiones, quae in officiis erga alios, Regulas in se spectatis, occurunt: vbi tam singulorum hominum quam integrarum societatum est habenda ratio. Primum momentum collisione officiorum erga alios homines, sequentibus absoluam regulis. Quarum prima est: *Si officia in cognatum, patronum arque amicum eodem modo collidunt cum officiis in primis singulis hominum quedam peregrinum, haec sunt negligenda.* Illud enim officium, quod fortiori obligandi gaudente facultate, semper in collisione vincere debet (§. XXIII). Officia vero in cognatos &c. fortiori obligatione esse praedita, video. Nobis enim sunt coniunctiores, maiora ab illis accepimus bona, & plus etiam futuro tempore ab illis exspectare possumus felicitatis atque iucunditatis. Hoc ideo causa officia in peregrinum arque ignorum hominem recte sunt postponenda. Colligitur praeterea haec propositio tam ex ipsa naturae institutione, ex qua ad propriorem vitae usum arque commodi-

ta.

40 SECT. II. CAP. II. QVOD DE RECTIS IN COLLISIONE OFFICIORVM

tatem, mutuaque officia sibi inuicem p[ro]sta[n]da, in certas familias coaluerunt homines, quam etiam ex disertis sacrae scripturae locis Exod. XX. 12. Luc. VI. 33. Matth. V. 46.

Recte ita a nobis agi, & communis docet experientia. Plura in hac regula adfunt membra, vnde specialiores eruere valent regulas. Generalius ita explicari potest. Quo coniunctio[n] mihi aliquis, eo fortior mea in illum obligatio est. Ad plurimos casus haec regula potest applicari, & maximam ideo in vita communi habet utilitatem. Exemplio rem declarabo. Ex praeceptis religionis christianae tam vitam patris tui, quam etiam aliorum, quantum in te est, conferuare debes. Quodsi vero tam pater tuus, quam homo quidam tibi ignotus in maximo efflent periculo, cui succurrendum, cum virumque conferuare nequeas? Patri tuo recte a te subueniri constat; licet & aliis hanc ob causam pereat. Cauta tamen hac regula vti debemus. Officia nobis sunt ponderanda. Si peregrino cuidam in casu necessitatibus auxilium sit praefundandum, parenti vero aut patrono, &c, tantum ob communitatem atque iucunditatem; officia in peregrinum omnino vincere. (§. XXIII. XL.)

§. XLIV.

Secunda.

Secundam accipe regulam: *Si officia in hominem Christianum repugnant officiis, quae etiam aliis debemus, officia in eos, qui eadem, quae nos, videntur religione, omnino sunt p[re]ferenda.* Fortior enim nostra est obligatio in Christianum, quo religione, fide ac communibus vitae rationibus coniuncti sumus (§. XXIII). Diferte hoc affirmat Paulus Gal. VI. 10, dicens: εγγαγμεθα το αγαθον προς πάντας, μάλιστα δε προς τές εκείνης της πτωσεως: Vbi vox malitiae hanc rem extra omnem ponit dubitationem. Cum quo apprime conuentunt tam Saluatoris, quam etiam aliorum exempla, quae in sacra scriptura occurunt. Matth. XV. 21 sqq. Act. XIII. 46.

Hominem christianum decet, omnes in vniuersum homines, adeoque iudeos, paganos, turcasque vero complecti amore. Quodsi vero aliquando officia duo in christianum atque iudeum sibi repugnant, certe paribus, officium in eum, qui eadem videntur religione, est obseruandum. Perterta huius principii applicatio, quam in vita saepiuscule videmus, sedulo ab homine pio arque prudente est fugienda. Officiorum aestimatio & in obseruanda hac regula admodum est commendanda, vt discriminis officiorum necessitatis atque communitatis semper habeatur ratio.

§. XLV.

## §. XLV.

In collisione officiorum erga alios plurimae adhuc sc̄e of-  
ferunt regulæ, quæ ex supra adductis principiis facile confici-  
untur, quare singulares harum propositionum probationes breuitatis  
causa omittere licet. 1) Si officia erga animam proximi nostri pu-  
gnant cum officiis erga ipsius corpus, honorem, famam externasque fa-  
cultates, haec sunt negligenda (XXIII. XXV. XXVI. XXXVI). 2) Si officia in spiritualem aliorum hominum felicitatem repugnant officiis in vi-  
res illorum naturales, ingenii, acuminis, iudicii, voluntatis, inferiorum  
facultatum tam cognosciturarum quam appetituarum; posteriora negli-  
genda (§. XXVI. XXXIV). 3) Si officia in vires animi naturales insicem  
pugnant, ea sunt præponenda, quæ maximis gaudent perfectionibus, ac  
ipprimis voluntatis cultuæ maxima est habenda ratio. (§. XXV.  
XXXV). 4) In collisione officiorum nostrorum in corpus proximi ac ex-  
ternam ipsius felicitatem, illud est exhibendum, quod pro rerum  
rationibus verae ipsius felicitati maxime inseruit. (§. XXV. XXXVII).

## §. XLVI.

Saepissime officia in singulos homines repugnant felicitati integrarum societatum. Quia in re ea a nobis est præfanda re-  
gula, quam in superiori pertractione alio modo iam ostendi-  
mus. In collisione officiorum in singulos homines cum officiis eius-  
dem generis in societatem, illa sunt postponenda. Demonstrant hanc  
regulam §. XXIII. XLI. Quia in re tamen officiorum discrimini-  
nos haud immemores esse oportet.

## §. XLVII.

Ordine hic sequuntur ea officia, quæ a Christianis pro di-  
uersitate vitae generis sunt obseruanda. Per multæ etiam hoc  
loco occurrunt officiorum collisiones, quas generatim tantum at-  
tingere libet, cum specialiori illarum excusione harum paginarum  
breuitas haud sufficiat. Ex tribus ecclesiæ christianaæ ordinibus  
ecclesiastico primo considero, cui sequentes in collisionibus  
potissimum sunt animadvertendas cautelas 1) In collisione officiorum pa-  
storis in animas auditorum cum officiis in externam eorum felicitate-  
m, haec sunt negligenda. (§. XXVI. XXXVI.) 2) Si officia pasto-  
rum in auditores, qui peculiari ipsorum fidei sunt committi, pugnant  
cum officiis in alios Christianorum coetus, illa sunt præferenda  
(§. XXIII. §. XLIII). 3) Si officia membrorum ecclesiae in doctores

42 SECT. II. CAP. II. QVOD DE RECTIS IN COLLISIONE OFFICIORVM

illorum, pios praesertim atque fideles, repugnant officiis, quae ignotis etiam atque peregrinis hominibus debent, posteriora sunt omittenda (§. XXIII. XLIV.) 4) Si officia pastrorum in alios eiusdem muneric sint in collisione cum officiis erga alios homines, qui eiusmodi munericibus non funguntur, ceteris paribus, priora sunt praeponenda. (§. XLIII.) 5) Si officia membrorum ecclesiae in alia eiusdem catus pugnant cum officiis, quae peregrinis ecclesiis etiam debent, priora sunt obseruanda (§. XXIII. XLIV.).

§. XLVIII.

Politico.

Exceptionum regulas, in statu politico obseruandas, sequenti modo expedio. 1) Si officia principis aut cuiuslibet magistratus in spiritualem subditorum felicitatem collidantur cum officiis in illorum corpus, diuicias &c. posteriora omni tempore cedunt. (§. XXVI. XXXIV.) 2) Si officia magistratus in diversa reipublicae commoda sibi inuicem repugnant, illis satisfacere tenentur, quae communis salutis maxime inserviunt (§. XXIII. XXV.) 3) Si officia magistratus in rempublicam, quam administrant, repugnant officiis aliis etiam terris atque urbibus praefundis, priora semper ab illis sunt obseruanda. (§. XLIII.) Subditis in republica eiusmodi regulae, quarum superiori paragraphe mentio est facta, caute atque tollerent seruandae, incumbunt.

§. XLIX.

Domestico.

Domesticum tandem si species statum, ubi officiorum pugna saepius reperitur, has potissimum bene tenero regulas. 1) Si officia patrisfamilias in animam uxoris suae, liberorum, servorum atque ancillorum repugnant officiis, ad externam illorum felicitatem spectantibus, priora vincunt (§. XXIII. XXVI. XXXVI.) 2) Si officia domini in varia familie suae membra sibi inuicem repugnant, ea obseruanda, quae auctioris vinculi, aeratis, meritorum praefitorum, aut maioris indigentiae iura ab eo postulant. (§. XXIII. XLIII.) 3) In collisione officiorum patrisfamilias in propriam domum cum officiis, quae alterius familie sodalibus debet, officia in propriam familiam vincunt (§. XXIII. XLIII). 4) Si officia membrorum eiusdem familie in illorum superiores repugnant officiis erga homines peregrinos, haec sunt negligenda (§. XLIII).

Quasdam exceptionum regulas in diversis Christianorum ordinibus obseruandas habes. Illarum plurimas adhuc supereffice facilmente unicuique patet. Maxima adhuc esset dicendi copia, ab uno homine vix ac ne vix quidem expedienda, si quis omnia collisionum gene-

ra;

ra, quae in minoribus atque infinitis hominum ordinibus atque societatis occurunt, enumerare ac recensere cuperet. Singularum tamen materialium principia ex illis, quas protuli, regulis, ut arbitror, posunt hauriri. Quare amplius specialiori huius doctrinae haud immoror. Pergo itaque ad *collisiones officiorum Christianorum cum naturalibus legibus arque positivis humanis*, praecipuum excipiendi normam expositurus.

## §. L.

Plures in hac materia suppeditare possem regulas, partim a viris doctissimis sufficienter iamiam enucleatas. Breuitati vero cum mihi sit studendum, duobus hanc materiam absolutam theorematibus. Quorum prima est regula: *In collisione legum Dei positivarum cum officiis naturalibus, officia naturalia sunt praferenda.* Omni enim in collisione officia, quae aliis subordinata, postponuntur (§. XXVII). Iam vero leges positivae naturalibus sunt subordinatae, ad naturalium enim hominis omnes leges positivae, quibus inest obligatio, sunt accommodanda. Leges igitur naturales anteponendas esse constat. Per multis scripturarum locis hanc sententiam prae se fert sanctissimus illius auctor. e. g. 1 Sam. XV. 22. Proph. XXI. §. Hof. VI. 6. Idem Christus ac alii viri Σεπτεμβριον exemplis suis docuerunt. Matth. XII. 3 sqq. Christus actionem Davidis; 1 Sam. XXI. 5, legi ceremoniali haud conformem, approbar; & Marth. XII. II, 1 sqq, aegrotum die sabbathio contra leges ceremoniales ipse sanauit. Marc. III. 1 sqq. Luc. VI. 1 sqq. 1 Maccab. II. 14 sqq.

Regulae in  
collisione  
officiorum  
christianor-  
um cum  
legibus na-  
turalibus.

Prima.

Non adeo frequentes sunt officiorum christianorum collisiones, exten-  
tem praesertim si species forum, cum illis, quae ex ipsis naturae  
fontibus haurimus. Officia enim, quae sacra scriptura tradit, cum na-  
turalibus apprime conuenient, illorum defectum supplentia, ac nouis  
fortioribusque argumentis ea corroborantia. Propositionem de ne-  
cessitate legum positivarum, etiam diuinarum, cum naturalibus conve-  
nientia vberius alias locis demonstratam videbis, cuius rei pertraactio  
solida ad hanc rem non pertinet. Regula, quam afferui, caute ad vi-  
tam est applicanda, ne erroribus seducti voluntati diuinae inobedien-  
tes euadamus. Si in casu quodam expressae voluntatis diuinae adsint  
significationes, tunc licet legibus naturalibus repugnare videantur, ta-  
men sunt obseruandae Exod. XI. 2 sqq. (§. XXX. 2) quia re vera nul-  
la adest contentio.

## §. LI.

*Si officia naturalia inter se collidunt, ad generaliores regulas  
exceptio est inservienda, ita, ut obligatio fortior arque perfecta vin-  
cat (§. XXIII. XXIV.), felicitas maior arque certior praeponatur*

Relique.

F 2

(§. XXIV.

44 SECT. II. CAP. II. QVOD DE RECTIS IN COLLISIONE OFFICIORVM

(§. XXIV. XXV.), nec non officii superioris ac obiecti nobilioris ratio habeatur (§. XXVII. XXIX). Copiosus hanc materiam in hac disputatione pertractare nequo.

§. LII.

Cum legibus positivis. Leges hominum positivas adhuc attingo; de quibus praecepue haec regula est notanda. *Si officia, quae ex legibus bonorum positivis oriuntur, sint in collisione cum officiis Christianismi, haec sunt preferenda.* Officia, quae ad Christianismum pertinent, a summo imperante originem suam trahunt. Omni vero in collisione illa officia, qua ea superiore profiscuntur, recte sunt anteponenda (XXX, 1): ergo in collisione officiorum positivorum humatorum cum officiis Christianorum, haec videntur. Diferre hanc rem postulat sacra scriptura Act. V, 29; ubi Petrus ait: πειθαρχῶν δὲ Θεῷ μᾶλλον, οὐ ἀπόρως Act. IV, 19. Quae res permulitis exemplis in sacro codice illustratur. Dan. III, 12. sqq. VI, 12. sqq. Si leges hominum positivae inter se collidunt, potissimum ad principia generalia, quae protuli, lis est absoluenda.

§. LIII.

Media. Ultimo tandem loco media adhuc delineo: quibus ad exceptiones, recte arque prudenter instituendas, ut possimus. Quorum tractatio cum absque molesta longissimam efficeret disputationem, primas tantum huius doctrinae lineas a me duci constat. Cui vero legitima in collisione exceptio curae cordique est, quae ad vitam bene atque feliciter degendam mirifice facit, illi praefertim, quae sequuntur, ad vitam sunt accommodandae propositiones. 1) Rectae officiorum tam Christianorum, quam naturalium ac positivorum, cognitioni, quantum licet, stude, ita, ut rectae illorum indolis imbutus sis cognitione, discrimen, ordines, obligandi vires atque limites bene scias, & facta, ad quae sunt applicanda, minime ignore. 2) Hanc officiorum tuorum cognitionem ad vitae tuae rationes caute ac diligenter applica. 3) Mediis praefertim, quae ex vera fide oriuntur, assidua scilicet sacrae scripturae lectione ac meditatione, precibus ad Deum ardenter, continua vigilante, ac circumspetione spirituali, Spiritu sancto adiuuante, indefinenter vtere. Quae quis diligentissime obseruet, vitam in hoc terra deget, Christiano dignam, & omnibus sensuum voluptatibus longissime anteponendam.

VII  
RESPON-

◆ ◆ ◆ ◆ ◆

RESPONDENTI AESTVMATISSIMO  
AVCTORI DISSERTATIONIS DOCTISSIMO

OMNIS GENERIS SALVTEM EX CHRISTO

ADPRECATVR

PRAESES.

Quam mihi perlegendam tradidisti dissertationem, eamdem Tibi ita reddo, vt Tuam permansisse facile intelligas. Vti enim & consilium, vires ingeni Tui, a summo Numine largiter Tibi concessas, in disputando periclitandi, & optionem argumenti, ad conflictum publicum propositi, nec adeo triti nec peruvlgiati, Tibi tantummodo debo: sic in explanatione Tua erudita, quum de re ardua fuse atque adequare exponis, nihil mutare, nihilque de meis addere, & de Tuis delere placuit; vt lectores documentum diligentiae Tuae profectuumque Tuorum in studiis philosophicis & theologicis habeant luculentissimum certissimumque. Moderator quidem actus Tui disputatorii Tibi adero, quia doctorum aliqui publicorum hocce negotium imponi solet: sed nullus dubito, quin in defendendis veritatibus talem Te praefiturus sis, qualem ex comminatione earumdem Te intellexerim; atque haud obscure praeuideo, ab ingenio & doctrina Te satius instructum esse, ad omnes, qui contra adseriones Tucas iniiciuntur, scrupulos Tibi facillime euellendos; quare testem me magis, quam adjutorem Tuum in pugna academica experieris. Hoc modo publice & cum laude Tua egregie indicabis, tempus in scholis inferioribus & superioribus a Te optime collocatum, Teque rectissi-



mis studiis atque optimis artibus copiosissime praeditum esse. Vtus es in paedagogio Bergensi magistris ad docendum aptissimis, nec Tibi defuerunt in academia Fridericana regia preceptores celeberrimi & praeclara eruditio ornatissimi: a quorum ore sic peperdisti, vt progressus in litteris ingentes maximosque in dies feceris. Audiisti namque viros venerabiles, d. MICHAELIS in philologicis & exegeticis, d. BAVM GARTENIVM in dogmaticis, polemiciis, moralibus, symbolicis, historicis & exegeticis, d. KNAPPIV in dogmaticis, hermeneuticis, nec non narrationibus ecclesiasticis. Lestitionibus quoque virorum excellenissimorum, nempe LANGII physicis, WEBERI logicis, metaphysicis, mathematicis, ac iuris naturalis, nec non experientissimi JVNCCKERI physiologicis, sedulus interfusisti. Hisce occupatus studiis, ex singulari nutu diuino ductor & comes generosissimi de RISCHOFFWERDER in campo eruditus es adoptatus, quoque cursum ita instituisti, vt primo optimis eum imbueris praceptoris, deinde vero cum ipso scholas virorum consultissimorum iuridicas d. HEISLERI, atque historicas d. JOACHIMI, nec non iterum excellenissimi WEBERI philosophicas industrie frequentaueris. Hac ratione per quinquennium in alma Fridericana inclita bene praeparatus, nil, nisi quaenius vtilia ac saluberrima, rei litterariae atque orbi christiano polliceris. Quumque iamiam discessum moliris, a MAECENATE ILLVSTRISSIMO vocatus, vt iuuenturem illustrissimam ad pietatem & humanitatem formares: impense Tibi gratulor labores academicos cum summo aplausu exantatos, dexteritatemque ingenii Tui felicissimi; magis autem adhuc gratulor animum Deo deuotum, Christo, Seruatori Optimo, deditum, virtutibusque christianis praeditum. Deo Maximo simul ardentissimis supplico precibus, vt Spiritu sancto Tibi semper adsit, quo omnia Tua conamina in nominis sui gloriam atque in salutem ecclesiae cedant. Praefestes Te omni loco omnique occasione habilem & fidelem Redemptoris Tui seruum. Hoc ynicum maxime in votis habeo. Ita enim valebis, remque Tuam prospere ages. Dab. in Academia Fridericana Regia d. XIII. APRIL. MDCLVII.

VIRO

VIRO  
 PRAENOBIILLISSIMO  
 CHRISTIANO MARTINO HEINZELMANNO  
 AVCTORI  
 DISSERTATIONIS HVIVS  
 DOCTISSIMO  
 AMICOS VO INTEGERRIMO  
 S. P. D.  
 IOANNES WENCESLAVS WEINERVS.

*M*iraris forte, Amice dilectissime, quod confiteri non erubescam: 'me gra-  
 tiore ea, quam TV subministras modo, ad TE scribendi battemus  
 non habuisse rationem. Haec tamen, & si propositionem meam fortassis ut  
 falsam non plane rejicis, saltem putas, eam ab omni adulatio[n]is labore non  
 prorsus fore immunem? Verum enim vero depone, Amice Aestumarissime, de-  
 pone erroneam, se quam de sinceritate mea conceperisti, opinionem, & mirari  
 desine: Siquidem Spiritus ille, qui nos ante quaru[m] jam fere annos in  
 Charitate non sicut conjunxit, me id, quod sentio, publicis faceri jussit li-  
 teris. Utinam! quemadmodum praesentem chartam, ita & cor meum omnium  
 oculis p[re]fascere possem; tunc enim quisvis cerneret, quid de TVO amore  
 digitus DEI dexterae eidem inscripsit, quidque de perfectionum TVAE  
 RV M aestimatione intimis meis impreficit medullis; ac ita certe non modo  
 TV, verum etiam quicunque alias, cui etiamnum suspecta videretur pro-  
 positione mea, de illius convinceretur veritate. Dic, quoq[ue] TE, Amice in-  
 tegerrime, an non ea mibi grata esse debat ad TE scribendi ratio, quae  
 mibi copiam facit, publicum de mutua eaque sincerissima, quae inter nos  
 viger, amicitia ferendi testimonium? Concedo quidem, TE facile hocce re-  
 stimonio carere posse, quia nemo, cui insignes animi TVI doles perspectiae  
 sunt, insciatur, quia non singulariter a Viris etiam grauiissimis meritis  
 amicitiam, & is, quem ea dignaris, merito se felicem judicare queat; inter-  
 rim tamen, quia id agnosco, & me idcirco felicem reputo, non credo testi-  
 monium meum plane fore superiuacaneum; maxime, quam eidem accedat & al-  
 terum, quod sinceritas mea de summa animi mei voluntate praebet, ob ho-  
 norem, quem hodie de publica eruditione TVAE theologicae Specimine re-  
 portas, quemque TIBI ex animo gratulor. DEVS rex optimus conser-  
 uet TE pro diuturno Ecclesiae suae ministerio diu incolunem, & non pa-  
 titur, ut amicitia nostra unquam in talibus Collisionem veniat, ex qua il-  
 liu[m] detrimentorum oriri, & iusta excipiendi non daretur ratio. Perge  
 amare TE amarem, & isto persuasi, quod nulla locorum internalla ani-  
 mos nostros separatura sunt, verum ubique exstiterimus, evimus nobis  
 coram eo, in quo vivimus, mouemur, & sumus, semper praesentes. Dab.  
 Halae Die XVI. Aprili. MDCCCLVII. MON-

## MONSIEUR,

*E*tre ami, & ne pas témoigner sa joie d'un heureux événement qui arrive à l'aure, c'est ce qui me paroit être contradictoire; & comment ne Vous témoignerois-je pas ma joie dans un jour si remarquable; & qui Vous fait tant d'honneur, moi qui ai vécu avec Vous pendant trois années dans une parfaite & étroite amitié? Un tel procédé seroit tout à fait opposé à ses loix: Une chose dont je suis assuré, c'est que de tous les compliments qu'on Vous a faits, sur le présent événement, il n'y en a pas un plus sincère que le mien; & la raison en est, qu'il y a peu de personnes qui Vous aient plus d'obligation & que Vous ayez honnoré d'une plus étroite amitié que moi. Mais cette même joie que je ressens aujourd'hui m'est un triste préparatif, à la perte que je vais faire de Votre chère personne, & du plaisir que j'ai eu si souvent dans Votre agréable Conversation. La plus grande consolation qui me reste, est que l'éloignement des lieux ne sépare jamais les vrais amis, & c'est la conservation de Votre chère amitié que je Vous prie de m'accorder toujours en Votre absence, & d'être persuadé que je ne cesserai jamais d'être.

## MONSIEUR,

Votre très-humble & très-obéissant serviteur  
& sincère ami


I. R. de BISCHOFFWERDER.

Kreund! füle diese Träne, die Dir die Freundschaft weinet,  
Zu der sich Schmerz und Freude zu Deinem Nun vereinet,  
Mit ihr fül ich die Wollust, die meine Brust empfand,  
Wenn sie sich mit der Deinem zur Zärtlichkeit verband,  
Dein Bildnis bleibt mir rührend, so oft ich es erneue,  
So oft ich eine Träne Dir in der Stille weihe.  
Die Freundschaft sieht Dein Glücke, das Dir entgegen blüht  
Und wird hiedurch getröstet, da sie dich scheiden sieht.  
Sie bindet Dir den Lorbeer, den Du schon längst verdienet,  
Der über Deinem Scheitel nach langen Zeiten grünet.  
Sie opfert für Dich Seufzer zu Gott, der Dich wegführ,  
Und röhmt entfernt das Wohlseyn, das Deine Tage ziert.

J. F. Alberti, aus d. Magdeb. d. G. B.  
Opponent.

MOM






01 A 6538



5b.





49

ELEMENTA  
DOCTRINAE THEOLOGICAE  
DE  
RECTA IN COLLISIONE  
OFFICIORVM CHRISTIANORVM  
EXCIPIENDI RATIONE

---

PRAESIDE  
VIRO SVMME VENERANDO, EXCELLENTISSIMO,  
DOCTISSIMO  
ADAMO STRVENSEE  
S. S. THEOL. PROF. PUBL. PASTORE PRIMARIO AD AEDEM  
D. ULRICI AC GYMNASII HALENSIS SCHOLARCHA  
FAVTORE ATQVE PRAECEPTORE  
AD CINERES VSQVE PIA MENTE COLENDO  
DIE APRILIS MDCCCLVII.  
IN AVDITORIO PUBLICO ACADEMIAE FRIDERICIANAE  
TVEBITVR  
AVCTOR  
CHRISTIANVS MARTINVS HEINZELMANN  
PAL. MARCH.

---

HALAE MAGDEBURGICAE  
LITTERIS SCHNEIDERIANIS.

